

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Stephan Konrad Friedlieb

**Solennis Ad Leg. Licet possessio 4. Cod. & §. Ex contrario 5. Leg. Possideri. 3. D. De Acquirenda vel amittend. possession. Discursus**

Gryphisw.: Charactere Jegeriano, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn810689014>

Druck Freier  Zugang





K.K. — 2 (42.)





QVOD  
DEUS TER OPT. TER MAX.

faustum esse jubeat!

SOLENNIS

AD

144

Leg. Licet possesio 4.

Cod. & §. Ex contrario 5.

Leg. Posseideri. 3. D.

# De Acquirenda vel amittend. possession.

DISCURSUS

Decreto & Autoritate

Magnifici J<sup>c</sup>torum Senatus

Spectabili Præsidio

VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi  
& Excellentissimi

Dn. PETRI STEPHANI, J.U.D.

Et Professoris in Academia Patria Gryphiswaldensi Nominatisimi, ejus Facultatis h. t. PRO-DECANI & Consistori Ecclesiastici per Citeriorem Pomeraniam Adsesoris meritisimi,  
Fautoris ac Promotoris sui maxumi observanter æstumandi,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE  
NOBILIS DOCTORÆ GRADUS HONORIBUS,

AC PRIVILEGIIS CONSEQUENDIS

Publicæ verè Literatorum censuræ exhibitus

¶


CONRADO FRIEDELIEB, GRYPHISWALD. POMER.

In Hyperoo Curia Urbane XVI, Calend. April.



Gryphisw. Charactere Jegeriano Anno c<sup>15</sup> I<sup>5</sup> LIV.





## AD LECTOREM.



ER omnes ferè Academia-  
rum pariter ac verè Jurisperitorum non  
convexam juris possessorii superficiem  
lambentium, ceu solo aliàs juris titulo  
tumidi ob lalcentem extra limites su-  
os, meritò sanè ob id intra fines propri-  
os cohercendam literaturam primori-  
bus, quod ajunt, labris rem degustare  
sveverunt, sed in intima ejus penetralia  
grassantium sedes nuntia fama ruit de-  
materiæ possessionis difficultate, quam etiam torrentis eloquii facul-  
tate pollentes J Cti sàpè stupuerunt, adeò, ut nec palam profiteri eru-  
buerint, præter cæteras difficultates, ad ejus definitionem peritissimis  
etiam quibusve aquam hæsisse. Labat hinc meritò circa difficul-  
tatis, quam refricant GLOSSA', (a) ZASIUS, (b) DUARENUS, (c) MINDA-  
NUS, (d) & cæteri memoriam animus, imò latentes in hac materia-  
syrtes, apertas verò tempestates expavescendas ac prudentem in hoc  
genere navis gubernatorem mihi imitandum monet, qui cum eò, quo  
cupit, pergere non possit, eò, quo potest, cursum dirigat, ac sàpè ve-  
lificatione mutata, procellis tempestatibusq; contempneret; Ne, si

(a) in l. 38. §. hæc quoque. 7. ad verb. stipuletur. ff. de V. O. (b) in  
præf. ad tit. ff. de a. vel a. poß. in pr. (c) in altero comment. ad tit.  
de a. vel a. poß. in præf. (d) in comment. synopt. de mater. poß. c. i. n. i.

A ad-

adversantibus ventis portum tenere velit, semper subvertat ac naufragium patiatur. (a) Quorum metum facilissimè, intuitu stupendæ etiam doctrinæ viros non satis tutò hanc adiisse, incutientium impulsu, et si faciliorem propemodum enodatu juris materiem, in hac ruinam veritus, aggrederer, impellit tamen in ardua inquirendi, quod intentionis esse bonæ mentis docet MÆSTERTIUS (b) & per aspera quæque eluctandi cupidio ab hoc mentem revocare, quæ ad salutem quoq; me resurrectum, & prosperos quosque eorum, quæ destinavi eventus, monitô, quod ad ardua contendere generosi sit consilii, nee suâ carituri mercede, (c) ut ut omnem spem fausti successus ferè absorberat metus, pollicetur. Hâc igitur spe ductus non in alicujus verbajurans, aut robur rationum, quibus aliorum asserta quisquam diffidare studet, dilutum saepius & invalidū extimescens, sed veritatē, quæ mihi, ut illis rationū vel antiquitas, vel novitas pro clypeo, semper pro umbone fuit, adoratus ad arduam hanc materiam, sine cuius notitiâ nemo sibi cognitionem juris asserit, (d) divinâ, quâ per omnes difficultates evehimur, suffultus ope me accingo. Tu, LECTOR BENEVOLE, sub onere ejus labantem tuo favore subleva. Qui latiora de hac, aut exactiora à me flagitatis, veniam impartiamini, obstitit enim instituti ratio, quæ paucis modò eam, ne planè actum agere videret, delibare jussit, pariter ac exactiora, quæ ultra veniam meretur, trandendi potentia. Summam Discursus non subjicio: Aperiens hanc rubricæ singulorum membrorum & in iis distributorum capitum. Igitur ad rem NOSTRI DISCURSUS INAUGURALIS.

(a) BODINUS de Republ. lib. 3. cap. 7. & ex eo HIPPO利US à LAPIDE de Rat. stat. part. 3. cap. 4. p. m. 553. (b) de artificio disp. jurid. §. 7. (c) HUGO GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. in Prolegom. (d) DURENUS in altero comment. ad tit. de a. vel a. pos. in pref. & ex eo BICCIUS ad l. 3. §. 5. ff. dict. titul.

D.D.

D. D.

AD

faciliorem.

Leg. Licet possesſio 4.

Cod. & §. Ex Contrario 5. Leg.

Posideri 3. D.

## De Acquirend. vel amittenda possesſione intellectum.

MEMBRI I.

## DE POSSESSIONE IN GENERE.

CAPUT I.

### DE ORIGINE POSSESSIONIS.

Et si ab ipso mundi exordio, eoq; post diluvium renascente pro in-  
diviso κατὰ Θεῖον Χρηστού summi JEHOVÆ iadulta, jus in res  
creatas, terram, ejusq; fructus & omnes bestias humano generi cessit,  
GEN. i. vers. 26. & seq. 9. vers. 2. DOMINICUS SOTO de Jusit. & Jur.  
Lib. 4. q. 2. GULIELMUS AMESIUS Caf. cons. 5. cap. 41. q. 1. HUGO  
GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 2 num. 1. JOHAN. de DICAS-  
TILLO de Jus. & Jur. Lib. 2. tractat. 1. Disp. 1. Dub. 8. & seq. Hu-  
go de Roy de eo, quod justum est Lib. 1. titul. 5. num. 1. Imò instin-  
ctu naturæ, non constitutione aliquà hominū, dum initio generis hu-  
mani latissimus patebat terrarum campus, qui, ut loquitur GROTIUS,  
sine incommodo ullo ad multorum usus sufficiebat, dict. cap. 2. §. 2.  
copiosissimus circumfluebat exiguum illum mortalium numerum  
rerum omnium apparatus, unde nullus ex necessitate humanæ ad di-  
scernenda rerum dominia, possessiones arripiendas homini suborien-  
tatur impulsus, communis omnium fuit libertas & acquisitio eo-  
rum, quæ cœlo, terrâ, mariq; capiuntur, ISIDORUS Lib. 5.  
Originum & ex eo GRATIANUS distinet. 1. §. jus naturale, ve-  
luti unum cunctis esset patrimonium, referente TROIO Lib. 43. cap.  
4. quare quisque hominum, ut verbis utar magni mei GROTI, de Jur.  
Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 3. §. 2. statim ad suos usus, non quidem im-

40.

50.

60.

A 2 pulsu

pulsu præcepti divini , aut naturalis cūjusdam , sed ex eo , quod nemini proprietas rei speciatim fuit addicta , MOLINA de J. & J. tract. i. Disp. 4. num. 8. JON. de DICASTILLO dicit. Disp. i. Dub. 12. num. 132. & seq. arripere potuit , quod voluit , & quæ consumi potuerunt , consumere , adeò , siquidem talis usus universalis fuit juris , ac vice proprietatis , ut quod quisque hunc in modum arripuit , id auferri eidem ab altero non nisi per injuriam potuerit , et si , inquam , omnia in creatione ac naturali ortu , primævoq; statu , quo sensu & accipiendum , notante HUGONE de ROY de eo , quod justum est , Lib. 5. tit. 5. id quod ubique prostat ; jure naturali omnia esse communia huic illive individuo non distincta , aut propria fuere ; sed pariter ac communiter omnibus hominibus , aucto tamen hominum pariter ac pecudum numero , cui ob propagatam sobolem occupatum solum ad victimum , amictum , uno verbo , ad alimenta non sufficiebat , illisq; sensim ad compitores sensus revocatis , & exquisitius vitæ genus , dum nempe vesti sponte natis , antra habitare , corpore aut nudo agere , aut corticibus arborum ferarumve pellibus vestito horrebant , delegentibus ex dilectione rectæ rationis apparente , summam ex hac communione , quam excitare solet HEINR. ZOES Com. Nov. ad D. tit. com. divid. n. 3. quam vel in ea inter paucos contracta cernimus ex l. 77. §. 20. ff. de legat. 2. l. 26. ff. de serv. urban. præd. vel certè quoad res curandas negligentiam prodituram . Naturale enim vitium est , negligi quod communiter possidetur , l. 2. C. quand. & quib. quæst. lib. X. per occupationem demum , utpote cum illi juris naturæ præcepto , quo omnia erant communia ; multiplicata hominum societas , docente Soto in 4. distinction. 15. quæst. 2. artic. 1. vim adimebat & per rationis humanæ ad inventionem , ut optimè omnium censem THOMAS in 2. 2. quæst. 66. artic. 2. ad. 1. proprietas possessionum , quippe secundum jus naturale non est distinctio possessionum , Hugo GROTIUS de Jur. Bell. & P. lib. 3. cap. 3. §. 6. sed magis secundum jus positivum , superaddebat , orbis terrarum paulatim in proprietatem ac possessionem ivit secundum GAII nostri in l. 3. ff. de A. R. D. per verba : Quod enim nullius est , id ratione naturali occupanti conceditur assertum , & Talmudicorum receptissimam sententiam , qua penes eos obtinuit , quicunque prius occupaverat , dominum factum esse . Prout plurimis id ipsum edocet ex ratione præfata sententia de jure Noachidarum . natu-

naturali, nempè quod nemini occupatum est, occupanti concedi RABBI  
MAYMONIDES HALACH ZACHIA WEMITHMA cap. 1. citatus JO-  
HANNI SELDEN O de Jur. natur. & Gentium juxta disciplinam He-  
braorum Lib. 6. cap. 4. Et Acanthos insulam desertam Chalcidensi-  
bus adjudicatam refert GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 8. ob  
id, quod priores eam intrando occupaverint, non Andriis et si prior-  
res jaculum immiserint, quia possessionis initium sit corporis ad cor-  
pus adjunctio, vid. SELDENUS de Domin. mar. Lib. 1. c. 4. p. m. 26. Quā  
primū id enim occupationis genus naturalis ratio circa initia ceu illis  
rebus, quæ usu non consumuntur, aptè conveniens suggestebat, quis-  
que ad usum suum rem modò trahebat, ipsa re, quoad proprietatem,  
interim subsistente communi, ac in communionem, exspirante usu,  
redeunte. Donec postmodum plurimis rebus hujus occupationis  
impatientibus, & dirà, justà tamen, tacita enim naturæ vox est hæc  
voluptas, quæ proprietatem exposcit, hominum ad res proprias  
habendas oriente cupidine, ad supplendam prioris generis impoten-  
tiā alterum aliquid occupationis genus, in rebus, quæ commodè  
omnium usui non deterviunt, adinventum prodiit, per quod nor-  
iniquè, ut ut aliás blaterat CLEMENS PAPA in cap. dilectissimis 12. quæst.  
2. in verbis: sed per iniquitatem alius hoc esse suum dixit, alius istud,  
sic inter mortales facta est divisio. Sed necessariè à quæ ac maximè ju-  
stè redegerunt homines primū in suam possessionem res mobiles,  
postea, multiplicato sensim genere humano, res quoque immobi-  
les, tandem, cùm homines & gentes, verba sunt GABRIEL. VAZQUEZ  
in THOMAM 1. 2. Disp. 157. cap. 3. num. 21. volentes in communitate  
rivers ratione naturali ex principiis naturæ prudenter collegebant,  
dividendos esse agros & possessiones, sic enim expediebat Reipublicæ  
&c. per divisionem rebus ad unum omnibus privatæ cuiuslibet di-  
tioni ex naturali ratione, quæ faciliorem rerum usum futurum doce-  
bat post res divisas, non pacto quodam, ceu tradunt BARTHOL. ME-  
DINA in THOMAM c. 2. artit. 1. HUGO GROTIUS Lib. 2. cap. 2. num. 2.  
JOHANNES SELDENUS Lib. 1. de Domin. maris. cap. 4. & de Jur. Nat.  
& Gentium juxta disciplinam Hebraor. Lib. 6. cap. 4. in fin. adjectis,  
prout Tellurem à Noachidis, seculis aliquot post diluvium, esse divi-  
sam memorat JOHANNES SELDENUS de Domin. Mar. Lib. 1. cap. 4.  
p. m. 22. scilicet à Tanai fluvio usque in mare Atlanticum, seu per-

40.

50.

60.

A 3 magnam

magnam Asiae Occidentalis, quæ in septentrionem vergit, partem  
præter totam Europam limitibus juxta familiarum numerum desi-  
gnatis. Quam dominii post diluvium distributionem Noachus, per-  
inde ac si totius dominus in solidum, aut arbiter per compromissum  
fuisset, introduxit, & anno ætatis suæ DCCCC.XXX. ( qui à diluvio  
erat CCCCXXX. & ante obitum ejus XX. ) testamento firmavit,  
atque moribundus illud in SEMI filii primogeniti manu tradidit,  
cunctosq; simul monuit, ne quæ eorum fratrii fines invaderet, nec  
injuriæ alter alterum afficeret; quoniam inde, ut discordiarum atque  
bellorum intestinorum causa oriretur, foret necessum, ut disertè legi-  
tur apud EUSEBIUM & CEDRENUM Ut verò hic possessionis cape-  
scendæ pariter ac dominiorum dividendorum modus inter primævos  
homines cœpit, ac ferè à DEO cum jure naturali rationali proditus,  
l. i. ff. de A. R. D. in verb. cum ipso genere humano proditum, sicut &  
de Noachidis primævis docet EUSTATHIUS ALEXANDRINUS in Hexaë-  
mero pag. 50. ἐκαστον την αρχοντικανουν γην καπελαμβανεν,  
& de CAINO ὁρ ος της πεντατευτης EUSTATHIUS ANTIOCHENE-  
NUS Hexaem. p. 46. imò NERVA filius latetur referente PAULO in l. i. ff.  
de a. vel a. pos. dominium rerum ex naturali possessione cœpisse, ejusq;  
rei vestigium remanere in his, quæ cælo, terrâ mariq; capiuntur, nūm,  
quod addit HUGO GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 6. ductus  
illo CYRI apud XENOPONTEM V. de Inst. Cyr. νόμος. ἐν πάσιν αὐθού-  
σιοις ἀΐδης ἐσιν, ὅπεν πολεμώντων πόλις ἀλλῷ εἰλόντων εἴναι τὰ χρή-  
ματα in bello capti. Nam hæc protenus eorum sunt, qui primi posse-  
ssionem eorum apprehenderint: ita etiam porrò inter gentes & singu-  
los de gente dictamen illud commune seqvutos servatus est, ac lima-  
tior subinde redditus, per d. l. i. ff. de A. R. D. in verb. quod ratione  
naturali inter omnes homines peræq; servatur, & tradita ANDREE  
RIVETI. cujus verba, dum maximè ab iis lucem trahunt hactenus di-  
cta; subjicimus: Propriè, inquit, divisio illa in genere considerata ex  
jure Gentium facta est, quod nihil aliud est, quam commune hominum  
judicium & gentium consensus, quo judicarunt divisionem rerum ex-  
pedire, tum ad pacem, tum ad meliorem rerum administrationem, idq;  
spectat à mortalium conditione, quæ est sui amans, & alieni negligens,  
ac cupiditati, ac ambitioni maximè subjecta est. Tale autem ius gen-  
tium

rium ex principio iuris naturalis oritur per rationationem, quia bac-  
omnia ratio naturalis dicit, et si primariò & immediatè non sint prin-  
cipia naturæ. Et postea: Electio illa (quæ nempe rerum discre-  
tionem svalit) quæ sit ex rationis rectæ dictamine, ad DEVVM etiam  
refertur, à quo potestas illa hominibus data est. Recte ergo dicitur,  
divisionem illam jure humano tantum non nisi, sed etiam naturali  
& divino, quomodo fuit expositum; non quod naturæ ius præceperit  
initio directè, & immediatè istam rerum divisionem: Sed quod ex oc-  
casione multiplicati generis humani, & invalescenti iniqvitatis judi-  
caverit eam ad pacem esse necessariam. Hæc hactenus RIVETUS Pra-  
lect. in Decal. quibus ex naturali ratione ad dividendas terras homi-  
nes descendisse edocemur, juvamine tamen, ut suprà monuimus, oc-  
cupationis, ex qua ceu initio possessionis veræ, ut loquitur H U B E R-  
TUS GIPHANIUS ad l. 1. ff. de a. vel a. posseß. dominium pariter ac pos-  
sessio & tanq̄dem jus hæreditarium emanavit, quo res occupatae ad hæ-  
redes ejus, qui occupavit, devolvuntur. Vid. JOHANNES SELDENIUS  
Lib. singul. de success. ad leg. Hebræorum in bon. defunctor. prolegom.  
HUGO GROTIUS dict. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 7. num. 3. Sic  
origo & causa Possessionis patet.

40.

50.

60.

## CAPUT II.

DE POSSESSIONIS VERBI  
POLISEMASIA.

UT evolutionis & intimioris verborum pensationis labor, quo  
cum aliis disciplinarum Mystagogis JCti imprimis delectantur,  
JOHAN. OTTO TABOR de Metat. cap. 2. num. 1. adeò, ut sine hoc rem-  
indagare nihil aliud esse affirment, quā tempus perdere, Eod. teste  
Elem. Jurupr. Meth part. 3. sect. 5. Non tantum ULPIANO, sed cæ-  
teris etiam Jurisconsultis summus semper fuit, ac præcipius referente  
QUINTILIANO Lib. 5. Institut. orator. cap. u!t. ita & nos, ductu illius,  
quod ab EPICETETO accepimus SOCRATIS effati: ἀρχὴν παιδεύοντας  
τὴν τῶν ὀρούματων ἐπίσκοψιν εἶναι, meritò de voce possessionis ab  
omni ambiguitate vindicanda, cùm prior etiam verborum, quæ raro  
in nativa sua significatione acquiescunt, sed ad varias res innuendas  
transferuntur arg. l. 4. ff. de prescript. verb. semper habenda ratio,

per L.

per l. 7. ff. de supell. legat. l. 1. ff. de reb. dub. quò errorum syrtes evi-  
temus, nec nos turbet aut fallat nominis significatio, de industria ab  
initio sumus solliciti. Ostendit verò sese nobis in hoc anxiis circa  
primordia prima & antiquissima appellatio, quā per possessionis vo-  
cem apprehensio, seu occupatio naturalis notatur, ex qua naturali  
possessione dominia rerum coepisse NERVA filius ait in l. 1. §. 1. ff. de  
a. vel a. poß. l. 20. ff. de acquir. rer. dom. Quam ut proximè excipit  
ea, qua pro usucapione possessionem nonnunquam adhibere sustinue-  
runt JCTI, ut patet ex l. 19. ff. ex qib. caus. major. 25. ann. in qua etsi  
ad eam ferè caligans LUDOVICUS RUSARDUS pro verbis: placet in-  
terruptam possessionem postliminio non restituī; legendum dicit,  
placet interruptam usucapionem postliminio non restituī, minimè ta-  
men elegans hic PAPINIANI loquendi modus contra omnium Libro-  
rum lectionem immutandus, utpotè cùm & alibi possessionis verbo  
usucapionem significari edocemur ex l. 23. §. 1. l. 30. ff. dict. tit. l. 44.  
ff. de Donat. inter Vir. & Vxor. ita ab hac, præter eam, quā possidere  
idem est quod prædia possidere & rem immobilem, l. 7. ff. de incend.  
ruin. l. 5. §. 10. ff. de reb. eor. quæ sub tutel. vel cur. l. 3. ff. de extra-  
ord. cognit. l. ult. §. 15. ff. de muner. & honor. l. 12. de instrucl. l. 1. §.  
4. de rip. mun. l. 86. §. fin. ff. de acquir. & omittend. bæred. l. 11. ff.  
de alien. jud. mut. l. 3. C. arbitr. tutel. l. 8. §. ult. C. de compens. l.  
2. C. de probat. l. 6. l. 15. C. de R. V. l. 6. C. de præd. & al. reb. minor.  
l. 1. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 22. §. fin. l. 23. §. 1. ff. ad Municipa-  
lem. l. 6. §. final. l. ult. §. 21. 25. de muner. l. 10. princ. ff. de vacat. &  
excus mun. fac l. 78. ff. de V. S. & ibi JOH. SUEV. quā interdum no-  
tat possessionem retinere ut l. 25. §. 1. 2. ff. de a. vel a. poß. GREGOR.  
BICCIUS in comment. ad §. ex contrario l. 3. ff. de a. vel a. poß. num.  
15. part. 1. qua proprietatem præsertim rei immobilis adumbrat. l. 4.  
C. de contrah. emt. l. 17. ff. de serv. rust. præd. l. 19 ff. de usu & usu-  
fruct. per legat. aut ad jura quoque incorporalia, quæ tamen, quoni-  
am corpora non sunt, haud reverà, sed quasi tantum possideri inno-  
tuit, per l. 23. §. 2. ff. ex qib. caus. major. & c. l. 10. ff. si servit. vindic.  
l. 16. §. ult. de hered. petit. l. 3. §. penult. ff. de vi & vi arm. l. 20. l. 32.  
§. 1. de serv. urb. præd. l. 4. §. 27. ff. de usurp. l. 2. §. 3. ff. de precar.  
interdum porrigitur d. l. 2. §. 3. ff. de precar. l. 1. C. de hū, qui po-  
tent. nom. tit. præd. aff. l. 9. l. 13. §. ult. l. 34. l. 35. ff. de hered. petit.  
l. ult.

l. ult. in fin. Si pars hered. pet. l. ult. ff. de istis. actusq; privat. l. 3. §. 10.  
ff. l. 10. C. de acquir. posſ. l. ult. C. de fund. patrimon. lib. 11. titul. 61.  
substernere s̄everunt Dd. illam, quā pro detentione simplici & spe-  
cifica possessio adhibetur, ita, ut quamcunque quovis retinendi affe-  
ctu rei insistendi facultatem notet, absque tamen vera possessionis  
animo, ut in l. 1. §. 5. l. 29. ff. de a. vel a. posſ. l. 10. §. 5. ff. de A. R.  
D. l. 23. §. 2. ff. ex quib. caus. major. &c. l. 7. §. 8. ff. commun. divi-  
dund. l. 33. §. ult. ff. de usurpat. l. 38. ff. de V. O. l. 1. C. commun. de  
usuc. Biccarius dict. loc. num. 15. Quomodo possidere dicuntur, qui  
ex primo decreto rerum custodiam consecuti, l. 5. princ. junct. §. si  
plures. ff. de damno infecto. l. 3. §. 8. ff. uti possidetu. l. 3. §. fin. ff. de a.  
vel a. posſ. qui legatorum vel fideicommissorum servandorum causā,  
ut in l. 5. princ. & §. 1. at in posſ. legator. aut dotis nomine in posses-  
sionem missi, l. 48. in princ. ff. de solut. & tandem non sibi vel suo  
nomine, sed alieno, inter quos referunt; procuratores, tutores, cu-  
ratores per l. 1. §. 20. & dict. l. 18. ff. dict. titul. Colonos, inquilinos,  
depositarios, servos, arg. l. 9. ff. de R. D. l. 8. & seq. ff. commodati. l.  
31. §. 3. ff. de usurp. & usuc. §. 6. Inst. de interdict. Commodatarios,  
l. 3. §. sed si u. ff. de a. vel a. posſ. & eos qui precariō rogaverunt; ut  
in possessione saltim essent, aut in fundo morarentur, l. 10. §. 1. ff. dict.  
titul. Clariss. HAHN. in obs. ad WESENBEC. Theor. pract. dict. titul. n.  
2. rei insistunt, vi l. 49. §. 1. l. 18. princ. ff. de a. vel a. posſ. Quibus ha-  
ctenus expositis appellationibus ad intimorem, quo sensu hic posses-  
sio veniat, cognitionem methodi ducti veram ad ultimum  
subjicimus evolutioni legis nostrae apprimē deservientem, quā pos-  
sessio pro facultate sumitur, rem detinendi cum animo sibi habendi,  
l. 1. princ. & §. 2. l. 3. ff. de a. vel a. posſ. l. 67. ff. de furt. GREGOR.  
Biccarius dict. loc. Atque sic ambiguitatem edocuimus.

40.

50.

60.

### CAPUT III.

#### DE

## POSSESSIONIS DEFINITIONE.

Possessionis jura edocturi omnium primò definitionem, quæ est  
amussis proprietatis & totius exactæ ac methodicæ tractationis seu  
quoddam fundamentum, EVERHART. in top. Loc. à defin. & ancora-  
rum, quæ mentem rei alicujus genium investigantem sistunt, omni-

B um fir-

um firmissima SCALIGER Exercit. 301. sett. 1. ut quid sit, de quo dicitur, pateat, meritò præmittimus: EST verò POSSESSIO DENTIO REI CUM ANIMO ET AFFECTIONE INSISTENDI SUO NOMINE ET SIBI. Quam methodo Logica intiuens aliquanto evoluturi præscriptionem mutuantes à JCTo in l. 1. §. 12 ff. de ventr. inspicien qui eorum quoque, quæ manifesta sunt, interpretationem non negligendam censer, haud dubie eorum gratiā, qui missus exulti & præparati ad lectionem accinguntur, per text. 2. f. 7. in verb. propter simplices & nominis significationis ignoros. JOHAN OTTO TABOR de metat. cap. 2. notamus quoad definitum, quod ut in ipsa rerum penetralia per illud devehimur, SCALIGER Exercit. 1. sett. 1. ita semper in libris nostris prædictis siveverunt, JCTi, ut arguunt l. 1. de just. & jur. l. 1. de part. l. 3. de institutor. action. l. 2. si certum perat. l. 1. de furt. l. 2. de except. Possessionem à sedeo & sedendo derivari, additâ particulâ pos potu, quæ potens significat DN HAHN in obser. ad WESENBEC. Theor. pract. tit. de A. R. D. num. 2. JUSTUS MEJERUS part. 2. C. A. Lib. 41. titul. de a. vel a. pos. thes. 3. quasi possideo sit potis, vel potens sedeo, ANDREAS ALCIATUS Lib. 1. parerg. cap. 1. DONELLUS Lib. 5. comment. jur. civ. cap. 6. ibid. HILLIGER lit. A. Nam, ut verba referam Clariß. BICCI Profess. Argentor. tract. noviss. de posse. duor. in solidum Membr. 2. quæst. 1. qui possident fundum, vel agrum aliquem, in ingredi discedere & redire, item in eodem ire, ambulare sedere, & reliqua munia quasi portata aliquo jure expedire possunt. Unde hoc assensu excipiens Ictus PAULUS in l. 1. ff. de a. vel a. pos. rectè dixit posse appellata est. ut & LABEO (cui optimè cognitas fuisse origines rationesq; verborum notat post AULUM GELLIUM l. 13. N. A. C. 10. Cujacius in parat. C. de acquir. & retin. pos. & ex eo novissimè Biccarius dict. loc. TABOR de metat. cap. 2. num. 1.) ait à sedibus quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei institutus, ut conspicitur textus in Pandectis Florentinis, seu, quod idem est, Melfitanis, vel Pisanis ab inventoribus ita dictis HERMANNUS CONRINGIUS de Orig. jur. Germ. c. 21. quas reliquis libris vetustiores, correctiores, & sicubi incastigatae, ita ramen scriptas adfirmat JACOB. Cujacius in l. 2. de divers. & temp. præscript. ut castigatae lectionis inveniendæ suspicandæ sint, & in Holoandrinâ editione. Quamvis vero nec illi vanè omnino somiant,

60.

50.

60.

moiant, qui vulgatam in libris Noricis lectionem sequti; quæ hæc  
visitur: Possessio appellata est à pedibus, & ut Labeo ait, quasi pedum  
positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insit, freti autoritate  
probatisimorum Latinitatis scriptorum, & inter hos CICERONIS,  
cui pedem ponere & possidere hactenus æquipollentia fuerunt, ut  
pater ex ejus Philip. 2. & 3. pariter ac CELSI JCTI in l. 18. §. 2. ff. de a. vel  
a. poſſ. à pedibus appellationem propagnārunt, ut sunt BARTOLUS de  
saxo ferrato. FRANCISCUS CONANUS Lib. 3. comment. jur. civil. cap.  
8. num. 1. ANDREAS GAILLIUS Lib. 2. observ. 129. num. 4. moti, quod  
deproimpta à pedibus denominatio cum subjecta auctoritate optimè  
congruat, dum non alià corporis parte, quam pedibus insistimus, at-  
tameret, et si hæ rationes non usque adeò frivole, quare & utram  
que lectionem ceu veram nonnullos, & inter hos U D A L R I C. ZASI-  
UM in Comment. ad titul. de a. vel a. poſſ. J O A N. BORCHOLT. ad  
eund. titul. cap. 1. amplecti, nec num à pedibus, num à sedibus pos-  
sessio derivetur, referre, arbitrari cernimus, illa à sedibus appellatio,  
cum magis proximè voci possessionis accedit, HEINRIC. ZOESIUS  
Com. novis. ad D. tit. de a. poſſ. n. 1. VIGLIUS ad princ. Inst. de testam.  
num. 20. HILLIGER in DONELLUM Lib. 5. cap. 6. lit. A. omnium con-  
venientissima ducitur, HUBERTUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel a. poſſ.  
num. 1. CONCIUS Lib. 1. disp. jur. civil. cap. 9. siquidem à sedendo, uno  
de originem trahit possideo, DN. BORCHOLT dict. loc. num. 6. sedes &  
sessiones veniunt. Et qui possidet, in eum locum, quem possidet,  
quasi sedem figit, inquit sedes habere idem esse, quod possidere, lique-  
ex l. 203. ff. de V. S. nec non tam pedibus (quod maximum pondus  
afferre suæ sententia autemant superiores)quam manibus & alià quo-  
que corporis parte possessio apprehenditur l. 47. ff. de a. vel a. poſſ.  
Unde rectè omnium adversus hos insurgit JUSTUS MEJERUS C. A.  
part. 3. Lib. 41. titul. 2. hoc argum. (quod ad fusiorem hujus rei in-  
tellectum adscribere libuit) Quicquid habet in se, sive à natura sua,  
quandam quasi sedium positionem, id rectè appellatur à sedibus; At  
possessio habet in se quandam quasi sedium positionem. E. Possessio re-  
ctè appellatur à sedibus quasi positio. Minorem firmam ostendit hoc  
pro syllogismo: Quicquid naturaliter (id est, secundum primævam  
possessionis naturam, & ex fine possessionis, quem ratio naturalis in  
possessione introducenda spectavit) tenetur ab eo, qui ei insit, id ha-

40.

50.

60.

B 2 bet

bet in se quandam sedium possessionem. At possessio naturaliter tene-  
tur ab eo, qui ei (possessioni) insistit. E. Possessio in se habet quan-  
dam quasi sedium positionem: Est autem insistere possessioni in dicto  
l. i. in princ. non simpliciter stare in re possessa, aut in rem possessam in-  
gressum esse, aut rem occupasse: Sed potius continuare actum posses-  
sionis velle, atque ita insistere possessioni continuandæ. Cujusmodi  
animus apparet quodammodo in eo, qui sedes ponit, sive qui se compo-  
nit ad sedendum: in hoc enim non simplex transeundis, sed aliqua com-  
morandi voluntas apparet: cuiusmodi voluntatem oportet inesse in  
possessione, sive possessore. Et tantum quoad definitum. Definitionem  
quod spectat, occurrit (1.) Genus, quod est detentio; sive deten-  
tatio, ut est in Pandectis Florentinis in l. 15. §. fin ff. ex quib. caus. ma-  
jor. &c. l. 5. ff. de impensis in res dotales factis. HUGO de Roy de eo,  
quod iustum est lib. 3. tit. 1. §. 5. Græcis κατοχή, ut patet ex illa.  
THEOPHILI in princ. Inst. de Interdict. & quæ est in vet. gloss. Græc.  
Dn. GOTHOPR. in l. 1. princ. ff. de a. vel a. poss. ad verb. κατοχή:  
τούν εἰσι σωματικὲς πείρηματα. κατοχὴ ωτῶν εἰς τούν εἰσι  
σωματικὲς πείρηματα. ζητοῖς. Quod ut simplicissimum,  
ita longè verissimum rectè dicitur FRANCISCO DUARENDO ad titul. de  
a. vel a. poss. & lib. 1. annivers. diss. cap. 18. ob id, quoniam sedere,  
unde possessio dicitur quasi positio, in loco aliquo, aut in locu quemi-  
piam se ponere nemo potest, nisi qui locum detinet, quare scitè do-  
cuerunt JCTI omnem possessionem acquiri corpore & animo, neque  
per se animo, neque per se corpore, in l. 3. princ. l. 8. ff. de a. vel a.  
poss. l. 153. ff. de R. 3. & possessionem facti esse, l. 1. §. 1. ff. de a. vel.  
a. poss. l. 1. §. Schævola si is, qui testamento lib. esse. &c. l. 48. ff. de A.  
R. D. imò plurimum facti habere, l. 19 ff. ex quib. caus. major. sicut  
& Imperator in l. unic. C. de usucap. transformand. detinendi verbo  
aliquoties utitur pro possidendi, & possessionem detentionem, pos-  
sessorum vero detentatorem appellat in l. penult. C. de præscript. 30.  
60. vel 40. annor. Huic verò nostræ definitioni destinato generi, quod  
κατοχὴ Græcis dici asseveravimus, & propriè detentionem cum  
animo sibi retinendi innuere, siquidem Græcis κατοχὴ idem, quod  
retinendi animo aliquid occupare & tenere, et si nonnulli, præter-  
eos, qui JAVOLENI JCTI pronunciato innixi in l. 115. ff. de V. S. (quo-  
dam),

tamen, dum per usum possessionem definit, detentionem per usus vocabulum intellexit, ceu illud accipere svererunt JACOB CUIACIUS in parat. ad titul. de a. vel a. pos. in ff. & C. JOHAN. BORCHOLT. ad eund. tit. cap. i. num. 14.) usum id constituant, repugnare audent, & confisi autoritati leg. 44 princ. l. 49. princ. §. i. ff. de a. vel a. pos. l. 5. C. de lib. caus. l. 2. §. 38. ff. ne quid in loco publico vel itin. l. 10. C. de a. pos. l. 31. §. ult. de A. Empt. l. 48. §. i. ff. de A. R. D. per jus possessionem definiri makunt, quoniam ex possessione juris effectus nascatur, & plurimilim illa ex jure mutuetur; omnium tamen, sicut & illi, qui per usum possessionem definit, nepotè qui incassum laborant, quippè & servitibus utimur, l. 2. in fin. ff. de precar. & locis publicis, & plures in solidum re uti possunt, l. 5. §. 15. Commod. licet nulla adest vera possessio, & rem locatam commodatamve alteri possidemus, licet non utimur FRANCISCHUS HOTOMANNUS 9. obs. i. HUBERTUS GIPHANIUS in l. 1. ff. de a. vel a. pos. num. 85. GOEDEBVS ad d. l. 115. de V. S. ubi possessionis definitionem ex dict. leg. depromi non posse, adfirmat, cum illic possessio alio significatuveniat pro certa fundi specie & post hos TURAMIN de substant. posses. cap. 5. n. 33. pessime agunt, siquidem nullus emergit consequentiae fluxus, ut post HUGONEM DONELLUM Lib. 5. Comment. jur. civil. cap. 6. PETRUM GREGORIUM Synt. 13. num. 6. ALCIATUM de s. ped. præscr. num. 95. & ad l. 1. ff. de a. vel a. pos. num. 25. sentit FRANCISCHUS DUARENS in d. l. 1. ff. de a. vela. pos. Ex possessione juris effectus nascitur. E. ipsajus est. Nam & ex contractibus oritur obligatio, ac tritum est ex facto jus oriri. Ac licet animum in possessione concurrere oporteat, tamen & velle facti est, as voluntatis quæstio distinguitur à quæstione juris, qui tandem argumentu utrinque relatus scribit: possessionem consistere præcipue in facto & apprehensione aliquid tamen juris plenumque ei accedere, & approbationem juris civilis quia animo retineatur. Licet enim voluntas facti sit, tamen opus supplemento juris, quia si naturam spectes, animus solus non sufficeret. Et certè Genus possessionis jus esse nequit, ut ut illud à BARTOLO traditum perfectissimum appellant & minus captionis habere SOENIUS ALCIATUS in l. 1. ff. de a. vel a. pos. num. 26. 25. BORCHOLT. ad eund. titul. cap. i. num. 17. HAHN. in obs. ad WESENBEC. Theor. pract. tit. de a. vel a. pos. n. 2. p. 501. siquidem & injusta vera est possessio, vil 3. §. 5. ff.

40.

50.

60.

B 3

de

de a. vel a. poss. cui tamen hoc genus misus convenit, cùm nil omnino juris accedere potest possessioni injustæ, nee quicquam injusti, quoniam jus à justitia derivatur, juris esse, TURAMIN. de substant. possib. cap. 3. num. 24. & ex eo OSWALD. HILLIGER ad DONELLUM lib. 5. cap. 4. lit. C. imò possessionem substerni prædicamento actionis hancen manifestum evasit & nihil aliud esse, quām possidentis actionem, jus verò huic prædicamento subjici nemo edocuit, quare, ut possessio est ipsum factum, tam quoad initia productiva, vel ut est in fieri, quām quoad producta, secus ut alias æstuant COVAR. in cap. poss. mal. fid. de Reg. Jur. in 6to in 2 part. init. num 3. BARTOL. ZASIUS in l. 1. ff. de a. vel a. poss. JOHAN. SCHNEIDV. in §. 5. Inst. de Interdict. num. 9. quos rectissime refellit VACON. declar. 32. Perinde est, scribens, ac si dicas: statua, dum sit, ænea est, facta autem aurea. Hereditas, dum acquiritur, est facti, quæ sit a iuris. Leges, quæ possessionem facti vocant, non considerant modum acquirendi, sed essentiam jam quæsitæ. Et quæritur non de factione possessionis, sed de ipsa in actu existente, quæ cùm sit, non habet nomen possessionis, & cum eo ALCIATUS Lib. de 5. ped præscript. n. 96. & seq. meritò & genus detentio, quæ facti est, constituitur, per l. 1. §. 3. 4. l. 29 ff. de a. vel a. poss. l. 19. ff. ex qvib. caus. major. &c. l. 12. §. 2. ff. de cap. tiv. & postlim. l. 1. §. 15. si is, qui testam. lib. esse iuss. est. J U S T U S MEJERUS part. 2. C. A. lib. 41. titul. 2. thes. 4. GREGOR. BICCIUS Rer. quotid. sect. 3. de poss. p. 330. Verbum REI, quod post hæc in definitioe II. se ostendit, et si admodum generale, DN. MEJER. in Commentar. MS. ad pr. Inst. de R. D. HARFRECHT. ad pr. 1. ibid. n. 4. JOAN. OTTO TABOR part. 2. Jurispr. meth. thes. 1. adeò, ut non tantum ea complectatur, quæ pecuniae appellatione significantur, unde est, quod vocatur pecunia, mox etiam res vocetur l. 68. l. si item. ff. de iuris d. omn. jud. l. fin. ff. de condit. caus. dat. §. pretium. Inst. de emt. vendit. l. 104. l. 58. l. 97. ff. de a. vel a. poss. non verò contrà, l. rei. ff. de V. S. verùm etiam ad ea, quæ ejus significationem excedunt, cujusmodi sunt homines, liberi, res sacræ, sanctæ, religiosæ, & si quæ sunt alia hominum commercium & patrimonium fugientes, titul. Inst. de R. D. §. fin. Inst. de emt. vendit. quæ, cum in patrimonio nostro non sunt, neque æstimationem pecuniariam recipiunt, dict. §. fin. l. 83. §. 4. l. 108. ff. de Verb. Oblig. l. 106. ff. de R. J. §. sacræ. cum seq. Inst. de R. D. pecunia vocari

vocari nequeunt, deficiente ejus appellationis ratione, ac origine,  
porrigatur, l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. l. penult. l. ult. ff. de R. D. imò ad  
eo latissimum, ut vulgo vocabulum transcendens audiat, siquidem ad  
omne ens & non ens referri potest, ( omne enim quod est, rei nomi-  
ne & appellatione demonstratur SCALIG. 7. Poëtia. 2. & Lib. 3. Poë-  
tic. 4.) & ob id in jure nostro viginti numero plures recipit significa-  
tiones, quæ omnes has cognoscere avidò patebunt apud HOTOMAN-  
NUM, SPIGELIUM, OLDENDORPIUM, PETRUM REBUFFUM ad l. 5. l. 23.  
ff. de V. S. & post hos SIMONEM SCARDIUM in Lexic. Jurid. & ad res  
mobiles pariter ac immobiles seu soli, quo nomine tam prædia urba-  
na, quam rustica designantur, CLAUDIO SALMASIUS de modo usurar.  
cap. 12. p. m. 494 tam corpora, quām jura extenditur, quæ tangi, vi-  
deriq; naturā suā nequeunt, quia jure ac facultate nituntur, puta usus-  
fructus, iter, actus, hereditas, obligatio, nomen, tot. titul. inf. de  
Reb. corpor. & incorpor. l. 49. ff. de V. S. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. & tot. titul.  
ff. & Cod. de hered. vel action. vendit. Hic tamen ad res corpora-  
les, quæ tactui aspectuive suā naturā subsunt, sive mobiles, ut homo,  
sive immobiles, veluti fundus, tot. tit. inf. de Reb. corpor. & incor-  
por. l. 92. ff. de V. S. utpotè cùm incorporales non possidentur, l. 3. 50.  
princ. ff. de a. vela. poss. Nobiliss. DN. GEORG. ADAM. STRUV. Præ-  
ceptor meus, dum ē N. vivere, Exercitat. feudal. 12. thes. 2. su-  
prā cap. 2. Tantum spectat. III. Forma specifica exprimitur in ver-  
bis: cum animo & affectione insistendi suo nomine & sibi, l. 1. §. 20.  
l. 18. princ. l. 49. §. 1. ff. de a. vela. poss. l. 26. C. de donat. l. 4. §. 1.  
ff. de preclar. Quippe quām primum detentio additam habet illam.  
affectionem, possessio evadit, quām primum verò illa defecerit, pos-  
sessio æquè deficiet, per l. 1. §. 3. §. 19. §. 20. l. 3 §. 1. 2. 6 l. 17. §. 1. l.  
41. ff. de a. vel a. poss. ERANCISCUS DUARENUS Lib. 1. Diff. annivers.  
cap. 18. ANTONIUS PEREZIUS in Codic. Lib. 7. titul. de acquir. vel re-  
tin. poss. nam. 1. HEINRIC ZOESIUS Com. noviss. ad D. 111. de a. poss.  
num. 1. cùm, ut alius animus facta distingvit, vil. l. 1. §. 3. l. 14. ff. ad E.  
Cornel. de sciar. l. 39. l. 33. in princ. & ibi GOTHOFRED. ff. de furt. l.  
3. §. 1. 3. ult. l. 18. §. 4 ff de injur. l. 7. §. 5. Ex quib. caus in poss. eat.  
l. 167. §. 1. ff. de Reg. juri ita & hic animus possidere cupientis factum  
distinctum inducit, seu detentionem possidentis, hoc est, possessio-  
nem ab alia quavis detentione separat. Et ob id, ut verba referam.

Justus

40.

50.

60.

JUSTI MEJERI part. 2. C. A. Lib. 41. titul. 2. tbes. 4. quia qui retento  
dominio potest alii possessionem concedere: ex animo retinendi dominii-  
um, non etiam retinetur possessio: neque si quis usum aliquem rei vel  
custodiam sibi velit habere, ut in l. 5. §. 2. ut in poss. legat, illicò pos-  
sedit, cum tenet eo animo, ut sibi habeat possessionem: sive nudam si-  
bi possessionem habere velit, sive cum possessione dominiam, atque fru-  
ctum rei: sufficit enim eum insistere possessioni, id est, tenere eo ani-  
mo, ut sibi non alii rem ipsam, sive corpus ipsum habeat. Ut verò ani-  
mus ille, de quo diximus, sibi habendi, maximè omnium liquet in eo,  
qui pro suo possidet, l. 44. §. 4. l. 47. princ. ff. de a. vel a. poss. l. 38. §.  
5. ff. de legat. 3. ita nec obscurus visitur in illo, qui non pro suo, sed  
pro alieno, adeòq; naturaliter tantum possidet, l. 22. §. 1. ff. de noxal.  
action. l. 32. in princ. ff. de usucap. l. 21. §. 1. ff. de precat. l. 45. §. 1. ff.  
de legat. 1. §. 4. Inst. de interdict. Quamvis enim dominio se desti-  
tutum optimè novit, & hinc id quasi respuit, corpus tamen rei non  
æquè rejicit, sed id. consequi. maximè cupit, ut, quoties arriserit, na-  
turalis ejusdem possessionis compreddendi, eiq; insistere, vel tenere  
illam ac custodire queat, l. 1. princ. l. 3. §. 13. ff. de a. vel a. poss. l. 16.  
§. 1. ff. de usu & habitation. l. 11. ff. de vi & vi armat. l. 2. §. 2. ff. uti  
possidetis. His naturam possessionis formaliter declarasse satis est,  
vid. cui volupe, WESENBEC. in paralst. hic DUARENUS in Comment.  
ad tit. de a. vel a. poss. GOEDD. in c. i. n. 119. de sequestr. poss. & fr.

#### CAPUT IV.

DE

#### DISTRIBUTIONE POSSESSIONIS.

EVOLUTA hanc in faciem possessionis definitione, divisiones ad ultimū in hoc primo membro, quoniam secundū illud ATALIA-  
TÆ in Synopsi titul. 3. distributio, sive partitio rem ἐπονόμων & dilu-  
cidam facit, subjecere operæ pretium ducimus. Et quamvis ferè re-  
ctè sentiunt cum AZONE CONTIUS 1. d. 9. ZASIUS in l. 1. princ. ff. de a.  
60. vel a. poss. unicam esse veram ac propriam possessionem, neque ut ge-  
nus in species dividi posse, JUSTUS MEJERUS part. 2. C. A. titul. de a.  
vel a. poss. thes. 5. aut etsi varia possessionum prostent genera in l. 3.  
§. 21. §. ult. ff. de a. vel a. poss. variæq; notentur divisiones, eas tamen.  
veras in species generis divisiones haud esse, GREGOR. BICCIUS ad §.

Ex con-

Ex contrario. l. 3. ff. de a. vel a. poss. part. 1. num. 26. siquidem in ver-  
bis illis dict. l. 3. §. 21. ff. dict. titul. species esse infinitas divisionem-  
sumi scribunt. & inter hos TURAMIN de vera substant. posseß. cap. 8.  
non ex eo, quod respicit essentiam possessionis, sed ex causis acquiren-  
di, quæ extra eam, vid. CORNEL. à RENTEL. centur. controv. qq. de  
poss. q. 2. OSWALD. HILLIGER in DONELLUM Lib. 5. cap. 7. in notat.  
lit. A. Clariss. HAHN in observ. ad WESENB. Theor. præst. tit. de a.  
vel a poss. num. 3. Aliquas tamen hæc notare sive divisiones, non ta-  
men ut generis in species, sive causas acquirendi, quo intima hujus ma-  
teriæ repagula perrumpantur, methodi lex nobis imponit. Et qui-  
dem, præter id, quod tot genera esse possessionum evulgârunt Dd.  
quot sunt causæ acquirendi ejus, quod nostrum non est, vel est pro-  
pria, seu corporu, & rei corporalis cum animo sibi habendi, l. 3. in princ.  
dict. titul. vel impropria, seu quasi possesio & juris, quæ est rei incor-  
poralis: cum affectione sibi velut possidendi quasi detentio l. ult. de  
servitut. l. 4. §. 26 ff. de usurp. & usucap. l. 3. §. pen. ff. de vi & vi ar-  
mat. HERMAN. VULTEJUS Lib. 1. Jurupr. Rom. cap. 67. num. 7. Ultra-  
que hæc, quam ordine primam sistimus, justa est vel injusta secun-  
dum PAULUM in l. 3. §. 5 ff. de a. vel a. poss. ubi TREBATIUM existi-  
masse refert, alium posse justè, alium verò injustè possidere, de qua  
idem meminit in l. 5. pariter & ULPIANUS in l. 3. ff. uti possider. JU-  
STA POSSESSIO, cum illa, quam plerique tradunt descriptio, nem-  
pe, quod ea justa dicatur, quando civiliter possidet, maximè ruinosa,  
ex eo, quod non tantum justè possidere haec tenus innotuit, qui civili-  
ter possidet, verùm etiam, qui naturaliter, prout liquet in Creditore  
pignoris, qui etsi naturaliter possidet, l. 35. §. ult. l. 40. §. 2. ff. de pi-  
gnor. action. l. 3. §. ult. ff. ad exhibendum. l. 37. ff. de A. R. D. justè  
tamen possidet, l. 22. §. 1. ff. de Noxal. action. l. 13. ff. de pupl. action.  
& qui precario rem accepit, quem, spretò, quod naturaliter posside-  
at, justè nihilominus possidere, jura docent in dict. l. 22. ff. de Noxal.  
action. l. 7. §. 4. commun. dividund. EST DETENTIO, QVAM  
QVIS BONA FIDE ET JUSTA EX CAUSA LEGIBUS  
PROBATA, CUM POSSIDENDI AFFECTIONE SIBI  
HABET, SIVE CIVILITER, SIVE NATURALITER POS-  
SIDET, DN. BORCHOLT. ad titul. de a. vel a. posses. cap. 2. num. 3.  
INJUSTA EST REI DETENTIO EX CAUSA INJUSTA,

C ADEO-

40.

50.

60.

ADEO QVE IMPROBA CUM DESTINATIONE POSSI-  
DENDI. Cujusmodi possesseorem adfirmant Dd. Qui VI POSSIDET,  
utpotè cùm vis à Prætore legibus etiam Juliis publicornm & privato-  
rum, tum constitutionibus Imperatorum prohibetur, l. 1. §. 1. ff. de  
vi & vi armat. & eum, Qui CLAM POSSIDET, in quæ interdictum de  
40. clandestina possessione Prætor erogavit, l. 7. §. Julianus. ff. commun.  
dividund. Qui FURTIVE unde tamen nullum furtū arguitur, siquidem  
rei immobilis, abolitā veterum sententiā, etiam fundi locive furtum  
fieri existimantium per §. furtivæ 2. versic. Quod autem in verb. ab-  
solita Inst. de usuc. & long. tempor. præscript. JACOB Cujacius ad A-  
frican. tractat. 1. in explicat. l. si de eo fundo. ff. de a vel a poss. non  
committitur, sed tantum mobilis, l. 1. ff. de distract. pignor. ingressus  
est possessionem fundi, ignorante eo, quem sibi controversiam factu-  
rum suspicabatur, &c, ne faceret, timebat, l. clam possidere 6. in princ.  
ff. de a vel a poss. Aut PRECARIO POSSIDET, sicut hæc tria vi, clam &  
precariò cōjuncta cernimus in l. 1. ff. uti possidetis. l. 10. ff. si servitus vin-  
dicetur. l. 14. ff. de vi & vi armat. l. 22. ff. de A. R. D. l. 13. §. 1. ff. de  
a. vel a. poss. Quod factum notant Dd. ob interdicta, quæ dantur  
50. possessori etiam injusto, & non tantum civiliter, sed etiam naturaliter  
possidenti l. 1. §. dejicitur. & l. 3. §. unde vi. ff. de vi & vi armat. l. 2.  
ff. uti possidetis. Prætor enim possesseorem qualemcumque tuetur,  
ut majoris tumultus occasio præcidatur, sed excipit hunc casum, quo  
possessor possidet, aut vi, clam, aut precario ab eo, contra quem petit  
sibi dari interdictum. Hæc enim conditio impudens ac improba-  
meritò visa est Prætori, non tantum in vi, aut clam, sed etiam in pre-  
cariò, quia possessor precarius, etsi non est injustus, is tamen reddi-  
tur pariter & impudens, imò æquitatem naturalem violat, si se oppo-  
nit ei, à quo precarii possessionem obtinuit, l. 2 ff. de precar. HUBER-  
TUS GIPHANIUS ad l. 5. ff. de a. vel. a. posses. Ex justa possessione,  
bonæ fidei possessor dicitur, & bonæ fidei posses, quæ ea est, cum quis  
60. ab illo possidet, qui dominus non est, quem tamen dominum arbitra-  
tur, & hinc opinione suâ dominum se venditat, licet opinio illa justa  
esse nequit, nisi modi ii præcesserint, quibus dominum revera acqui-  
ri solet, PETRUS GUDELINUS de jur. noviss. Lib. 2. cap. 1. pag. 50. seu  
qui se rem ex justo titulo probabiliter habere existimat, princ. Inst.  
de usucap. l. 109. ff. de V. S. l. 27. ff. de contrah. emt. l. ult. ff. pro em-  
ptore

ptore nec scientiam habet rei alienæ , ut eum describit **CONTANTINUS**  
**HARMENOPOLUS** Lib. 1. Epitom. titul. 3. dum inquit, καλὴ πίστις , το-  
πίσις , ἐκ εἰδῶς ὅπερ ἀλλάζειν τὸ περίγυμα . Ex injusta verò posses-  
sione male fidei possessio nomen trahit, qui ex justo titulo sese rem non  
habere optimè novit, d. l. 27. ff. de A. R. D. l. ult. ff. pro emt. quam-  
vis eum civilia judicia ut dominum tueruntur , **HUGO GROTIUS** de Jur.  
**Bell & Pac.** Lib. 3. cap. 7. §. 6. Quibus ita libatis, apertum evadit:  
inter bonæ fidei & justam possessionem, vel justum possessorem &  
contra nullam omnino differentiam intervenire, **JOHAN. BORCHOLT.**  
ad titul. de a. vel a. poss. cap. 2. divis. 2. num. 1. Justa ab his possessio  
vel naturalis est, vel civilis, prout hujus distributionis, ut ut eam eva-  
nidam clamitant Azo & antiquus glossator **PLACENTINUS RIPA** in ru-  
bric. de caus. poss. & propriet. X. **ALCIATUS SOCINUS** in l. 1. ff. de a.  
vel a. poss. meminit Ictus in l. 1. §. 9. ff. de vi & vi armat. l. 3. §. ult.  
ff. ad Exhib. l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 38. §. 7. ff. de V. O. & præsertim  
in l. 10. C. de acquir. poss. Hanc rejectis **BARTOLI** ceu obscurā & alio-  
rum præprimis Zasii in l. 1. ff. de a. vel a. poss. qui naturalem vocant,  
quando quis corpore, civilem, quando animo possidet falsis definitio-  
nibus, quippe sive acquisitionem, sive retentionem, sive amissionem  
possessionis spectamus, nunquam possessio sine animo esse potest. Nul-  
la enim possessio tam naturalis, quam civilis sine animo & corpore  
simultaneè concurrentibus acquiritur , l. 3. in princ. l. 8. ff. de a. vel  
a. poss. l. fere ff. de R. f. dicunt saniores : rei detentionem, quæ ex justa  
domini acquirendi causa , cum animo & cogitatione dominii habetur ,  
l. 22. §. 1. ff. de noxal. action. l. 67. ff. de furt. l. pen. C. eod. **ANTON. PE-**  
**RÉZ.** in Cod. titul. 32. num. 2. **HUGO de ROY de eo**, quod justum est ,  
Lib. 3. titul. 1. §. 5. pag. mib. 233. cum qua coincidit illa Græco-  
rum insynopsis. basilicon. Lib. 50. titul. 3. κατὰ τὰς νόμους νόμην ἐστὶ ψυ-  
χῆ δεσμὸν οὐ κατοχῆ. Quare patet ; non inde civili possessioni,  
ut aliás sentit **CHAROND.** 1. verisim. 6. nomen civilis inditum, quod  
jure civili approbata certam formam accepit , legisq; interpretatione  
valet, siquidem omnis, ut rectè **LOPEZ.** 2. animad. cap. 17. est iuri gentium,  
quia possessio causa dominii , Dominium autem jure gentium capi à posseſſione , l. 1. §. 1. ff. de a. vel. poss. Nec tantum addidit aut  
deraxit hic jus civile, ut jus gentium mutet. Hinc & civilis possessio  
vocatur naturalis l. 11. ff. de A. R. D. id est, juris gentium. Divisio an-

C 2 tem

40.

50.

60.

rem possessionis naturalis & civilis eo tendit, ut distinguat detentio-  
nem nudam à verâ possessione, quæ unica est. Et naturalis dicitur  
nuda detentio, non quod vera possessio naturalis non sit, sed quia ha-  
bet id, quod est primum in possessione, à quo ipsa ortum habet se. occu-  
pationem & detentio[n]em. Hæc LOPEZ, ex quibus apparet, civi-  
40. lem possessionem non esse nudam detentionem, sed adjunctum habe-  
re animum opinione & cogitatione domini, atque omnes, qui usu-  
capiunt, naturalis enim possessio usucaptionem non parit, secund.  
C O V A R. in relect. cap. possessor. de R. J. in 6to in 2. part. relect.  
init. numer. 7. ac rectè per textum expressum in leg. 2. §. fin. pro  
herede HUGO de ROY de eo, quod justum est. Lib. 3. titul. 2. §. 5.  
unde tamen juri divino aut gentium non repugnat, nec injustus  
possessionis acquirendæ modus, licet id, quod nostrum est, sine facto  
nostro in aliud transferri non potest, l. 11. ff. de R. J. l. 2. ff. de his,  
qui sui vel alieni jur. Siquidem id in contractibus præcipue obtinet,  
non autem in iis, quæ à lege, sive vi & potestate legis fiunt, JACOBUS  
MÆSTERTIUS de Just. Rom. Leg. Lib. 2. Dubit. 39. atque adeò ad  
ανάλημμα εἰπόντος (ut cum PHILOSOPHO loquar s. Eth. 2.) non  
verò ανάλημμα pertinet, aut nemo locupletari cum alterius detrimento  
50. debet l. 206. ff. de R. J. c. locupletari. 48. de Reg. Jur. in 6to. ut  
pote cùm id in usucacione non obtingit, latè JACOBUS MÆSTERTIUS  
Lib. 2. de Just. Rom. Leg. Dub. 39. hâc ratione possidere, l. 3. §. ult.  
ff. ad exhibendum. l. 1. §. 4. l. 30. princ. ff. de a. vel a. poss. l. 23. princ.  
l. 33. ff. de usurp. & usuc. l. 2. §. 1. ff. pro herede. l. 1. §. 2 ff. pro donato.  
l. 1. §. 9. 10. ff. de vi & vi armat. ob id, quod omnes, qui usucapiunt,  
possident animo, opinione & cogitatione domini, DN. BORCHOLT.  
fæpius dict. tractat. cap. 2. Illam nempe naturalem, dicunt, qua quis  
rem tenet animo quidem sibi habendi, sed absque opinione domini, non  
tamen contra jus possessionis. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul.  
de acquir. & retinend. posses. num. 2. HEINRICUS ZOESIUS Commen-  
tar. noviss. ad D. Lib. 41. titul. de a. vel a. posses. num. 4. seu qua-  
60. rem animo habendi jus ista re, cuius dominium alteri clargimur,  
possidemus, l. ult. §. 1. ff. de precar. l. 22. §. 1. ff. de Notal. action. l.  
37. ff. de acquir. rer. domin. l. 13. §. 1. ff. de public. in rem action. l. 40.  
in fin ff de pignor. action. Nobiliss. DN. GEORG. ADAM STRUVE  
Exercit. Feudal. 12. tb. 2. Quomodo possidet, Qui PRECARIO AC-  
CEPIT,

EFFIT', is, enim, licet iustē & naturaliter possidet, animum tamen ac opinionem domini, cùm rem, quam precariò accepit, suam non esse novit, sed ejus, à quo precariò accepit, nunquam imbuit, l. 13. §. 1. ff. de publician. in rem action. Qni VI, CLAM AUT IN JUSTE POSSIDET, non enim fieri potest, licet reclamat BACHOVIUS in not. ad WESENB. tit. de a. vel a. pos. ut se dominum esse opinetur, qui se vi possidere novit, vel clām. Quomodo etiam possidere USUFRUCTUARIUM jura docent in l. naturaliter. 12. ff. de a. vel a. poss. l. 1. §. ait prætor. ff. quod Legator. E M P H Y T E U T A M, per tradita JASONIS in dict. l. naturaliter. in princ. num. 15. ff. de a. vel a. possess, JACOBI ME- NOCHII de recuper. possession. in l. remed. num. 67. & de retinend. possession. remed. 3. num. 85. pariter ac V A S A L L U M, utpotè cui, æquè ac usufructarius & Emphyteuta suum non esse norunt rei in usumfructum vel emphyteutis traditæ dominium, usumfructum in feudo solum ad se spectare, cognitum esse, ac naturalis possessionis, non civilis eum compotem reddi notat O B E R T U S de ORTO in cap. un. §. fin. in quib. caus. feudum amittatur ob id, quod hæc, se- cus ac ad hanc controversiam ferè caligantes Pseudo interpretes cum BALDO soñnant, solius domini sit proprietatis, cap. un. in fin in quib. caus. feud. amit. 2. Feud. RAVENNAS, AFFLICT. ISER- NIA, SCHENCK. in cap. 1. §. Rei autem de investitur. de re alien. fact. nec in vasallum descendere possit, refragante ipsâ possessionis civilis naturâ, quæ animum sibi habendi rem plenâ proprietate, qui tamen Vasallo, utpote animo sibi habendi usumfructum feudalem seu dominium utile, non proprietatem plenam seu dominium plenum possidenti deest, efflagit BOCER. de Jur. Domin. & Vasall. lib. 2. cap. 1. num. 4. Nobilis. DN. GEORG. ADAM STRUVE Fau- tor meus multu nominibus suspiciendus, dict. loc. thes. 2. HEINRIC. à ROSENTHAL in ampliss. Commentar. de feudi conclusion. 8. cap. 1. num. 2. 3. 4. & seqq. Et hisce membrum hujus tractationis pri- mum expedivimus, quibus ad alterum properat intentio de POS- SESSIONE ACQVIRENDÄ.

40.

50.

60.

C 3

MEMBRI

MEMBRI II.  
DE

# ACQUIRENDA POSSESSIONE.

## CAPUT I.

### DE PERSONIS AD ACQUIREN- DUM IDONEIS.

**E**xpositis membro superiori ad hanc legem nostram & paragrap-  
phum generalioribus, specialia hoc secundo methodi ac instituti-  
ratione ducti substernimus auspicando ea à personis, prout ex rubri-  
ca patuit, in hoc nigro ad possidendum acquirendumve aptis. Pol-  
lent verò possessionem acquirendi facultate omnes, quibus adest pos-  
sidiendi animus, HUGO DONELLUS Lib. 5. Comment. jur. civil.  
cap. 11. JUSTUS MEJERUS C. 3. A. part. 2. lib. 41. titul. 2. thes. 8.  
TAM PER Se IPSOS, ut à Paulo traditum in leg. 1. §. apiscimur ff. de  
a. vel a. poss. si modò mentis compotes, & puberes, vel etiam impu-  
beres, infantiae tamen & pubertati proximi, l. 10. ff. de a. 2. dom. princ.  
inst. per quas person. cuique acquir. princ. Inst. per quas person. obli-  
gatio nob. acquir. FRANCISCUS DUARENUS ad titul. de a. vel  
a. poss. l. 1. vers. sed furiosus. Ut sunt (1.) PATERFAMILIAS per  
l. 4. §. 1. ff. de usurp. & usucap. qui etiam verus non juris solum do-  
talis, ut autumat VULTEJUS discept. schol. cap. 19. sed magis ipsius  
rei & hujus non modò estimatò in dotem datæ, ut argutatur DO-  
NELLUS Lib. 14. Comment. jur. civil. cap. 4. sed & in estimatæ au-  
dit possessor & dominus actu pariter & exercitio, respectu tamen  
habito ad tempus constantis matrimonii, l. 7. §. 3. ff. l. 23. C. de  
jur. dot. l. 13. §. 2. ff. de fund. dotal. l. 47. §. ult. ff. de pecul. non  
item dissoluti, quippe cuius intuitu subtilitate tantummodò juris Pa-  
tremfamilias seu maritum JUSTINIANUS dominum appellat, in l.  
30. C. de jur. dot. id quod assensu excipiens JO. del. CASTILLO con-  
trov. quotid. de usufruct. cap. 4. Quicquid verò intempp. inquit, quan-  
tumq; varient, maritum rerum dotalium verum dominium constante  
matrimonio habere verius semper putavi. vid. OZWALDUS HIL-  
LIGER in DONELLUM Lib. 14. cap. 4. lit. F. II. PUPILLUS,  
qui major est infante, HUBERTUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel  
a. vel

a. poss. num. ii. & intellectum possidendi habet, J U S T U S M E J E-  
R U S part. 2. C. 3. A. Lib. 41. tit. 2. ANTON. PEREZ. in Cod. Lib.  
7. tit. 32. num. 8. is enim, quoniam ejus jam est ætatis, ut intellectum  
capiat, et si leges civiles justâ ratione motæ in aliquibus causis hujus  
facta irrita pronunciant, HUGO GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. Lib.  
2. cap. II. § 5. utpote in alienatione per §. fin. Inst. quid alien lic. vel  
non. l. 2, § si pupillo. ff. de solut. in contractibus, siquidem, quamvis  
ex iis sive facti sunt locupletiores, sive non, ut ex veriori Dd. senten-  
tia tradunt MOLINA de Jus. & Jur. tom. 1. disp. 167. CARD. de  
LUGO disp. 221. sect. 10. num. 288. & seqq. naturaliter obligantur,  
lex tamen positiva, cuius etiam hi effectus sunt proprii, ac proinde  
cum jure naturæ ac gentium nihil habent commune, nisi quod quibus  
locis obtinent, ibi ea servare etiam naturale est, HUGO GROTIUS  
dict. loc. §. 5. in fin. obligationem ob judicij & ætatis pupillaris infir-  
mitatem anihilat, ANTONIUS PEREZIUS in Codic. Lib. 5. titul.  
de auct. præfand. num. 8. etiam sine tutori auctore possessionem ac-  
quirere potest, l. 4. §. 2. l. 11. l. 32. ff. l. 3. C. de acquir. poss. ut rectè à  
NERVA & cæteris discedens OFFILIUS hujusq; sententiam ample-  
ctens P A U L U S æstumat in l. 1. §. adipiscimur. ff. dict. titul. motus,  
quod acquisitionis possessionis, & rem apprehendere, aut velle facti sit,  
non juris, & ob id, quoniam in iis, quæ facti sunt, spretō, quod in iis,  
quæ sunt juris, pupillus personam legitimam non habeat sine tutori  
suo, FRANCISCUS DUARENUS dict. loc. in verb. adipiscimur.  
illa juris autoritas non spectetur, nec impediri per eam possit, quò mi-  
nus rem teneat, quò minus tenere velit. III. U X O R , quam, spre-  
tō, quod magna sit inter interpretes contentio, quæna possessio trans-  
feratur, licet dominium ad eam non devolvi certum est, l. 1. l. 2. l. 3.  
ff. de donat. inter vir. & uxor. & nonnulli dicendum potius arbitran-  
tur, quod uxor possideat quidem, sed quia possessio ei avocari possit  
à marito, non possidere videatur quoniam possessionem minimè ade-  
ptus credatur, qui eam retinere non possit, vi l. 26. ff. de donat. inter  
vir. & uxor. cæteri v. possessionem iu uxorem quidem transire, etiam  
civilem autem, sed sine effectu civili, per dict. leg. 28. solius ta-  
men naturalis possessionis verè compotem reddi asserere cum magno  
JCTO FRANCISCO DUARENO nil vereor ad hunc titulum de a-  
zel a. possib. l. 1. §. si vir uxor. IV. PRODIGUS, nam & hic, li-  
cet

40.

50.

60.

cet ex contractu , extra hunc enim obligari potest , ut si ex re veniat  
obligatio l. furiosus . l. 24. ff. de O. & A. quo in casu fidejussorem quo-  
que posse pro eo intervenire docet HUBERTUS GIPHANIUS ad  
l. 6. ff. de V. O. non obligatur , acquirere tamen potest , l. 6. ff. de V.  
O. ubi C U J A C I U S l. 5. §. 1. ff. de acquirend. vel omittend. hæred.  
40. JUSTUS M E J E R U S C. 3. A. part. 2. lib. 41. titul. 2. quippe quam-  
vis prodigo non ipso quidem jure , æquè ut furioso plerique arbitran-  
tur , & inter hos W ESENBE CIUS in paratit. tit. de cur. furios num.  
2. FACHIN. 2. Controv. cap. 64. sed ex Magistratus decreto bonis  
suis interdictum est , quoad diminutionem , ne ea dilapidet , l. 1. l. 10.  
ff. de curat. furios. aut furiosum faciat exitum , l. 12. §. ult. ff. de tutor.  
& curator. dat. HEINRICUS ZOESIUS ad Digest. lib. 27. titul de  
Curator. furios num. 2. HAHN in observ. ad WESENBEC. Theor.  
pract. titul. de paft. num. 5. verb. prodigi l. 6. & ibi JASON. DUA-  
RENU S de V. O. ANTON. PEREZ. Comment. in Codic. Lib. 5. tit.  
de curator. furios. n. 5. hæc tamen interdicta pro ipsis facta contra  
ipsos ne acquirant , suamq; conditionem lautiorem reddant , conver-  
ti nequeunt , l. 4. §. et si ei. ff. de Reb. cred. d. l. 6. ff. de V. O. l. 25. C.  
50. de legib. HUBERTUS GIPHANIUS dict. loc. p. m. 383. V. FILI-  
USFAMILIAS in rebus castrenisibus , l. 4. §. 1. ff. de usurp. & usucap.  
l. 17. §. 2. ff. ad municip. vel quasi , utpote in quibus habetur pro patre-  
familias , & feudum constituere potest , arg. l. 15. §. 1. ff. de pecul. ca-  
stren. l. 2. ff. ad SCtum Macedon l. 6. princ. C. de bon. quæ lib. Novel.  
123. cap. 19. HERMAN. VULTEJ. Lib. 1. de feud. cap. 3. num. 5. tum  
adventitiis , C U J A C I U S ad dict. l. 4. §. 1. ff. de usurp. & usucap.  
cum in iis pater usumfructum , filius vero plenam proprietatem con-  
sequitur , l. 6. princ. §. 2. vers. sin autem. l. 7. l. fin. §. 6. in fin. C. de  
bon. quæ lib. l. ult. §. 1. §. 2. C. de inoffic. testam. l. 50. C. de Episc. &  
Cleric. l. 11. C. qui testam fac. posses. adeò , ut illas , et si testamentum  
de iis condere nequit , l. pen. §. ult. C. qui testam. fac. posses. & ibi  
ANTON. PEREZ. num. 9. BACHOV. ad princ. Inst. quib. non est  
permis. fac. testam. alienare & in feudum dare possit , l. 7. C. de bon.  
quæ lib. Dn. CARPZOV. disp. feudal. 3. tb. 9. Nov. 117. cap. 1. §. 1.  
in verb. quo volunt modo disponere , ut habet versio vulgata , quam vi-  
tiosam esse iniquè sanè clamitat HENR. BOCER. quamvis enim in  
Græco textu visitur verbum διοίκειν , illud tamen non modò adhibe-  
tur

tur pro administrare , ut ille s̄aviter somniat , sed etiam de re disponere , sive alienando , sive alio id eveniat modo , prout , præter alias scriptores liquet ex CONSTANTINO HARMENOPULO οὐρανοὶ βιβλία . α . tit . β . dicente : μόνος ὁ βασιλεὺς ἐπιτέλεσθαι τοῖς ἀφύλακτοῖς διοικεῖν ubi de minore , qui veniam ætatis impetravit , verbum hoc usurpat : certum verò est , quod ejusmodi minor de rebus suis possit liberè disponere , ob id enim impetrat veniam ætatis , ut liberè & pro arbitrio de rebus suis disponere queat . DN . GEORGIUS ADAM STRUVE dict . loc . VI . BANNITUS seu PROSCRIPTUS AB IMPERIO ( dixi A B IMPERIO , quamvis enim soli imperatori cum camerâ concurrenti bannum in delinquentes stringere licet , toti tamen imperio principum proscriptio reservatur , ut revoluti Germaniæ annales docent , vid . AVENTIN . lib . 5 . ANNAL . BOJO . & lib . 6 . ABBAS URSPERG . C . 52 . sub . Anno 1106 . OTTO FRIGINGENS lib . 7 . rerum ab origin . mund . gest . cap . 23 . SIGON . lib . 11 . de Regno Ital . LUNDORP . tom . 2 . act . publ . lib . 6 . tract . 24 p . 1161 . HIPPOLITUS à LAPIDE de R . Stat . part . 1 . cap . 11 . per tot . hæc obiter ) qui , et si ex constitutione Pacis Publicæ non solum deportatis æquè , quod postea acquirunt , possidentibus arg . l . 17 . § . 1 . ff . de pæn . JUSTUS MEJERUS C . 3 . A . part . 2 . Lib . 41 . titul . 2 . rectè comparatur , sed etiam deteriore loco est , & præter id , quod illis aqua & igni interdicitur , l . 1 . § . 2 . ff . de legat . 3 . l . 99 . § . 4 . de hered . instit . l . 10 . § . ult . ff . ad L . 3 . ul . de vi publ . maximam capitis diminutionem patitur , cùm non solum civitatem Romanam , sed etiam omnia humanitatis jura , officiorumq ; viciissitudines , quippe omnis homo in eos miles est , HUGO GROTIUS de Juri Belli . & Pac . Lib . 2 . cap . 20 . § . 17 . adeò perdit , ut nemo eum urbe domo hospitiove excipiat , cùm & is , qui Bannitos recipit , si scinter & dolosè id facit SIMON de PRÆT . Consil . 81 . num . 2 . & 9 . NEEL . DE BANNITIS . temp . 2 . p . 3 . q . 20 . & seq . Bannum incurrit Erklärung des Land Friedens de anno 1548 . § . Es soll auch . Ordin . Cam . part . 2 . titul . 10 . 12 . ANDREAS GAIL . Lib . 2 . de Pac . Publ . cap . 10 . extra tamen limites imperii quicquid acquirit , possidet , dict . l . 17 . § . 1 . ff . de pæn . JUSTUS MEJERUS C . 3 . A part . 2 . Lib . 41 . titul . 2 . VIII . QUI ROGAVIT , UT SIBI POSSIDERE LICEAT , l . 2 . § . 3 . l . 4 . § . 1 . l . 5 . § . 6 . l . 9 . l . 12 . princ . l . 15 . § . ult . l . 16 . l . 17 . l . ult . ff . de precar . l . 7 . § . 4 . ff . commun . dividund . l . 9 . ff . de

40.

50.

60.

D R . V .

R. V. l. 22. §. 1. ff. de noxal. act. l. 3. §. 1. ff. ad Exhibendum. l. 1. §. 1. ff.  
de public. in rem action. l. 13. §. 7. ff. de a. vel a. pos. §. 4. verb. nam  
uti possidetis. Inſt. de Interdict. & ad ultimum post SEQVESTRUM,  
cum id nemp̄ actum est, ut possideat, l. 39. ff. de a. vel a. pos. l. 17. ff.  
depos. DN. HAHN. in observ. ad WESENBEC. Theor. pract. tit. de-  
positi. n. 6. ANDR. CLUD. de jur. sequestr. cap 9. num 18. & seq.  
ET EUM, QVI MALA FIDE POSSIDET, l. 3. §. 5. in fin.  
ff. de a. vel a. pos. l. 2. §. 1. ff. pro empt. pariter ac NON DOMI-  
NUM l. 6. §. 1. ff. de usufr. l. 74 ff. de furr. MUNICIPES, l. 7. §. 3.  
ff. ad exhib. cæterosq., de quibus latissimè JUSTUS MEJERUS C.  
f. A. part. 2. lib. 41. titul 2. VIII. CREDITOR in re pignori tra-  
dita, CLAUD. SALMASIUS de Modo usurar. cap. 14. p. m. 608. 609.  
611. quamvis enim in pignore prætorio minimè possessionis, sed tan-  
tum custodiaz seu naturalis possessionis particeps evadit, utpote cum  
prætor non statim, id est, primo decreto, licet in secundo illud obun-  
git l. 3. §. ult. ff. de a. vel a. poss. l. si duo. §. creditores. ff. ut posside-  
re. l. si finita. §. Julianus. & §. 9. eum seq. & §. 18. vers. posteaquam.  
ff. de damn infect. l. cum legaturum ff. ex quib. caus in poss. PETRUS  
GUDELINUS de jur. noviss. Lib. 4. cap. 6. p. m. 272. in eum posses-  
sionem, sed custodiari modò transfert, ut rem detineat & custodiat  
donec debitor tædio affectus in judicium descendat responsurus C.  
quoniam frequenter. §. ult. X. ut lit. non contest. CLAUDIUS SAL-  
MASIUS de modo usur. cap. 14. p. m. 626. In cæteris tamen pigno-  
ri expositis, in quibus debitori, extra causam usucaptionis, ut ut etiam  
diversus est CLAUDIUS SALMASIUS in confut. thes. Wissemb-  
achii de mutuo. ad thes. 7. in fin. his verbis: Falsum est itaque, quod  
notant Dd. ad l. 36. de a. vel a. pos. debitorem possidere fundum pi-  
gnoratum, quoad usucaptionem & ad vitandam satisfactionem, posses-  
sio adempta. 36. & l. seq. ff. de a. vel a. pos. l. 16. l. 33. §. 4. ff. de usurp.  
non modò naturalis, ut ut alias afferere id non veretur CUIACIUS  
Lib. 18. observ. cap. 24. arg. l. 3. ff. ad exhibend. l. 35. §. 1. ff. de pigno-  
rat. act. l. 53. ff. de usurp. & usucap. l. 7. §. 2. C. de præscript. 30. vel  
40 annor. sed etiam civilis possessio non tantum ab initio, et si eum  
naturaliter tum possidere mavult BALDUINUS in Commentar. de  
pignoribus, vertim & postea ei cedit HVBERTVS GIPHANIVS ad  
titul. de a. vel a. posseß. ad l. 1. num. 70. quoniam id actum inter de-  
bitem

bitorem pignus dantem & creditorem accipientem , ut possessio in-  
eum transeat , proprietas & dominium non item : sicut & in preca-  
rio nonnunquam evenit , ut possesio transgredietur in precarium ex-  
poscentem , si hoc agatur , l. 6. §. 4. ff. de precar. QUAM PER ALIOS ,  
HVGO de ROY de eo , quod justum est , Lib. 3. titul. i. §. 5. æquè ta-  
men possidendi intellectus capaces & nobis possessionem acquirere  
volentes , Dn. BORCHOLT. ad titul. de a. vel a. pos. cap. 4. num. 15.  
24. Eosq; NON TANTUM IMPERIUM NOSTRUM SUBEUNTES , HV-  
GO GROTIUS de jur. Bell. & Pac. Lib. 3 cap. 6. §. 9. ut per LIBE-  
ROS utriusque sexus , quorum tamen res omnes ut parentibus acqui-  
rantur non naturale est , sed ex quorundam populorum legibus , HV-  
GO GROTIUS dict. loc. Lib. 2. cap. 5. §. 2. vel SERVOS , l. 1. §. 5. ff. de  
a. vel a. pos. §. 1. Inst. per quas person. cuique acquir. utpote à quibus  
omnis cujuscunque etiam rei acquisita possesio , dum nil proprium  
habere queunt , l. 10. §. 1. ff. de A. R. D. l. 118. ff. de R. J. l. 21. ff. ad L.  
Jul. de Adult. PETRVS GVDELINVS de jur noviss. lib. 1. cap. 4.  
illis , quorum potestati subdunt , non tamen eorum animo , si nempe  
ignorantibus his acquiritur , vel corpore , sed animo filiorum , filia-  
rumve & servorum per l. 3. §. 11. ff. de a. vel. a. qoß. tota cedit , adeò ,  
ut etiam earum rerum , quas filius vel filia peculiariter , justè tamen  
( quod enim his ignorantibus vi possidet , id ii non possident : qnoni-  
am horum potestati subditi ignorantibus illis non corporalem , sed ju-  
stā modo possunt acquirere possessionem ) justè , inquit , tenet , et  
jam ignorantes possessionem acquirant , referente PAULO in l. 1. §.  
5. l. 3. §. 11. ULPIANO in l. 4. ff. de a. vela. pos. & eodem PAULO  
in l. 31. §. 3. ff. de usurp. & usuc. maximè cùm eorum possidere intel-  
liguntur voluntate , qui peculium etiam iis habere permittunt , l. 1. §.  
5. ff. de a. vela. pos. quapropter in gratiam horum jure singulari uti-  
litatis causà id introductum quoque meminit PAPINIANVS in l. 44.  
§. 1. ff. dict. titul. ne cogantur domini per momenta species & causas  
peculiariorum inquirere . SED ET LIBEROS HOMINES , qui in piscando ,  
aucupando , venando , margaritas legendō operam suam alijs addicen-  
tes statim , quod acceperunt , acquirunt ipsis , quibus operam navant ,  
HVGO GROTIUS de jur. Bell. & P. Lib. 3. cap. 6. §. 9 ANTON.  
PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. 32. n. 6. prout rectè dixit MODE-  
STINV\$ in l. 13. ff. de A. R. D. quod naturaliter acquiritur , sicuti est

40.

50.

60.

D 2

possesio.

possessio, per quemlibet volentibus nobis possidere acquirimus, & per PROCVRATOREM, TVTOREM, CVRATOREM eadem  
veritate docet possessionem posse adquiri PAVLVS in l. i. §. per pro-  
curatorem. ff. de a. vel a. poſſ. si id eā mente faciant, ut operam nobis  
accommodent, l. i. §. 20. l. 2. l. 19. in fin. princ. l. 34. §. 1. ff. de a. vel  
a. poſſeſſ. l. i. 8. C. eod. l. i. C. per quas person. l. 41. ff. de usurp. & usu-  
cap. l. 20. §. fin. ff. de A. R. D. HVGO GROTIUS dicit. loc. §. 9. in  
med. aliás enim, licet naturaliter homo hominis alterius volens vo-  
lentis instrumentum est, HVGO GROTIUS dicit. l. qno, ne homi-  
num, qui omnia per se ipsos agere nequeunt, commercia interrum-  
pantur, etiam ignorantium negotia expediri ac invitorum condi-  
tiones laudiores reddi jura voluerunt in l. 39. ff. de negot. gest. l. 52. ff.  
de solut. HEINRICVS ZOESIVS ad ff. dict. titul. n. 4. DN. LVD.  
WEL. disp. 14. Instit. th. 7. l. C. Si procurator non eā mente & ani-  
mo possessionem nactus sit, ut nobis eam acquirat, sed ut sibi & suo  
nomine, tum eo in casu sibi, non nobis acquiretur possessio, quia ut  
nobis illa per alium acquiratur, necessum est, ut non tantum corpus  
alienum, sed etiam animus accedat, HVBERTVS GIPHANIVS ad  
tit. de a. vel a. poſſ. n. 74. in l. i. Et quod hactenus de liberis hor-  
nibus traditum, idem AD SERVOS ETIAM ALIENOS porrigitur bona  
tamen fide, ( quippe malā fide interveniente, illud omnino negat.  
PAVLVS impulsu eorum, quod nemo ex delicto, ut est mala fides,  
meliorem conditionem suam facere queat, l. 134. §. 1. ff. de R. 3. l.  
12. l. 14. §. 3. ff. de furtis. & ne vero quidem domino, aut sibi hunc  
ita posseſſum acquirere fatetur in l. i. §. sed & per eum. ff. de a. vel a.  
poſſeſſ. à nobis posseſſos, dict. l. i. §. sed & per eum. SIVE COMMUNES  
sint, per hos enim, si possessionem rei alicujus consequuntur. æquè  
mihi ac alteri domino posseſſio accedit pro partibus, quas in servo ha-  
bemus, l. 45. in fin. ff. de A. R. D. nisi id agant, ut mihi vel alteri in so-  
lidum acquirant, tum enim prout intendunt, vel mihi vel ei in solidum  
acquiritur, aut fortè hi communes servi ex re unius domini quippi-  
am acquisierint, quippe hoc in casu, licet utriusque dominorum acqui-  
runt, quidem pro partibus, quas in servo habent, communis tamen di-  
videndo judicio totum illud ei præcipuum servatur, ex cuius re qua-  
situm est, dict. l. 45. ff. de A. R. D. sive FRUCTUARI, nam & servus, in  
quo usumfructum habemus, ex re nostra, ut meminit PAPINIA-  
NVS

NVS in l. 49. print. ff. de a. vel. a. poss. & IMPERATOR in §. de hū  
autem servis. §. non solum Inst. per quas person. cuique acquir. & ope-  
ris suis possessionem nobis acquirit, DN. BORCHOLT. ad dict. tit.  
cap. 4. num. 11. sive denique FUGITIVI, per l. 1. §. 8. l. si per eum. §. 1.  
ff. de a. vel a. possēt. l. 25. §. 2. in fin. ff. de liber caus. l. 21. ff. de R. V.  
spretō, quod per eum nil nos acquirere vel possidere N E R V A fili-  
us adfirmat dict. l. 1. §. 14. ff. de a. vel a. possēt. vid. H V B E R T V S  
GIPHANIVS dict. loc. num. 63i Non tamen CORPORALITER PI-  
GNORI DATI, utpote qui nec debitori, nec creditori, nec sibi, adeoq;  
nulli acquirunt, nec debitori, siquidem is possessionem servi planè pe-  
nes creditorem esse voluit, quare nec per eum acquirere potest, licet  
verus dominus subsistit, quippe ad possessionem acquirendam præci-  
piè quidem spectatur dominium, sed tamen & possessio, quā ntitur  
dominium cœu fundamento, efflagitatur, non CREDITORI, quoniam  
is illum non animo domini, sed alieno, nempe debitoris possidet, l. 22.  
§. 1. ff. de Noxal action. l. 13. §. 1. ff. de public. in rem action. omnis  
autem acquisitione tam dominii, possessionis, quām obligationis, vel  
actionis maximē radicatur in dominio quoad servos. Ultimi, nempe  
quod nulli acquirat, rationem deprime ex HVBERT. GIPHANIO  
dict. loc. num. 63.

40.

50.

## CAPUT II.

DE

### ACQUIRENDAE POSSESSIONIS INCAPACIBUS.

Posteaquam capite superiori adversis varias impetiones evictum,  
certis personis non invitis, aut reluctantibus juris sanctionibus pos-  
sessionis acquisitionem indulgeri, consequens est, ut his eum ad mo-  
dum cognitis & explosis interpretum pugnis cæteros, quibus eām ju-  
ra denegant, evolvamus. Prodeunt verò omnium primi, qui animo  
seu affectione sibi possidendi destituuntur, l. 55. ff. de O. & A. inter-  
quos est FVRIOSVS, qui licet corpore quidem suo rem contingit, 60.  
ac per servum ex causa peculiari possessionem acquirit, l. 1. §. 3. ff. de  
a. vel a. poss. in cæteris tamen omni possessionis acquirendi facultate  
exiuit, dum animo possidendi, quem maximē hīc requiri perspicu-  
um, derelictus l. 1. §. furiosus. ff. dict. titul. nullius est animi, nulli-

D 3 us vo-

us voluntatis, l. s. l. 40. ff. de R. f. sed per omnia, ac in omnibus ab-  
sentis quiescentisve loco habetur, l. ubi non voce. §. ult. ff. de R. f. l.  
2. §. penult. ff. de jur. Codicill, PVPILLVS ejus aetatis, ut intellectum  
non capiat, l. i. §. 3. 9. 10. l. 18. §. 1. l. 32. §. 2. in fin. ff. de a. vel a. pos.  
**40.**  
sess. nam & is dum nihil differt a servis exercitio scilicet dominii, HV-  
GO GROTIUS de Jur. Bell & Pac. Lib. 2. §. 6. cap. 3. sine tutoris  
auctoritate, eā enim interveniente rectè possidere incipit, l. quamvis.  
§. infans. ff. dict. titul. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul.  
32. num 8. possessionem arripere nequit, licet dominii capax in res  
ex jure Gentium, ob id, quod exercitium impeditur ob judicii imper-  
fectionem HVGO GROTIUS de Jur. Bell & Pac. Lib. 2. cap. 5. &  
tenendi affectionis exsors possidendi animum nunquam imbuīt, et si  
corpo suo rem modo contigerit d. l. i. §. furiosus ff. de a. vel a. poss.  
ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. tit. 32. n. 8. MVNICIPES stri-  
sto nempe jure l. i. §. ult. ff. dict. titul. utpote qui per se, quamvis for-  
um, basilicam, quæ erat locus in confinio fori Romani VITRVVIO  
autore, & post hunc BORCHOLT. s̄epius dict. loc. cap. 4. num. 32.  
50. in quo venalia prostabant docente PAVLO in l. 32. §. 4. de auro ar-  
gent. mund. Legat. & his similia possidere dicuntur, aut per servum  
municipiorum tam res peculiariter dict. l. i. §. fin. ff. de a. vel a. poss.  
quam non peculiariter nomine accipientem, l. 9. §. ult. l. 10. ff. de Pu-  
blic. in rem action. vel liberam personam veluti per actorem, l. 2. ff. de  
a. vel a. poss. possidere ac usucapere possunt, nil omnino possident,  
dict. l. i. §. fin. dict. titul. quoniam universi consentire nequeunt,  
dict. l. i. §. fin. ut in quibusdam Codicibus, malè autem in ff. Floren-  
tinis, quia uni consentire non possunt. Rectè legitur. QVI NESCIT,  
l. 3. §. 2. AVT ERRAT, l. 34. pr. ff. de a. vel a. poss. JVSTVS ME-  
JERVSC. f. A. part. 2 Lib. 41. tit. 2. ET QVIVIS ALIVS, QVI  
ANIMVM POSSIDENDI EXVIT, l. 153. ff. de R. f. veluti  
HOSPES, AMICVS, l. 9 ff. de a. vel a. poss. DORMIENS, l. i. §.  
3. ff. eod. His proximè, qui alterius potestati subest; ut FILIVSFA-  
MILIAS quatalis, l. 49. §. 1. ff. dict. titul. l. 93. ff. de R. f. l. 44. §. 4.  
ff. de usurp. & usucap. aut possidetur ut SERVVS dict. l. 49. §. 1. l.  
118. ff. de R. f. HOMO LIBER BONA FIDE POSSESSVS,  
l. i. §. 6. ff. de a. vel a. poss. l. 54. §. fin. ff. de A. R. D. Qui alieno &  
usufructus nomine in possessione est, ut COLONVS, INQVILI-  
NVS

NVS, l. 6. § 2. ff. de preclar. l. 1. §. 9. 20. l. 18. l. 12. ff. de vi & vi arm.  
l. 10. princ. §. 1. de a. vel a. poss. l. 16. ff. de pericul. & commod. reivend.  
l. 1. C. commun. de usucap. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. qui  
etiam ob id, si actione in rem convenitur, potest excipere; se pro-  
prio nomine non possidere, & dominum laudare, id est, nominare,  
ut contra eum agatur, isq; item suscipiat, PETRVS GVDELINVS 40.  
de jur. Novis. Lib. 4. cap. 7. p. 177. VSVFRVCTVARIVS, dict. l. 6.  
§. 2. ff. de preclar. l. 3. §. 17. ff. de vi & vi armat. l. 66. §. ult. ff. de  
usufruct. l. 4. §. 12. l. 5 §. 1. ff. ad Exhibendum. §. 4. vers. Fructuarium  
vero Inst. per quas person. cuique asquir. l. 1. §. 8. 9. ff. quod legator.  
Post hos SEQVESTER, si non ea mente facta sequestratio; ut pos-  
sessio, de qua controversia suboritur, dimittatur, tum enim cum res  
controversia eo tantum sine litigitorum voluntate ei traditur, ut quo-  
ad lis, quam contestati, sufflamenabitur, ab illo ad controversiæ exi-  
tum asservetur, & dein victori litis restituatur, l. 6. l 17. ff. depos. l. 110.  
ff. de V. S. l. 9. §. Labeo ff. de aolo. minimè possidet, arg. l. 39. ff. de  
a. vel a. posses EMPHYTEVTÆ, vi l. 2. C. de præscript. 30. vel 40.  
annor. utpote, qui æquè ut superiores affectu possidendi, cum ex eo,  
quod mercedem solvit, l. 16. §. fin. l. 17. ff. de pignor. action. & fun-  
dum vestigalem conductit, tot. titul. ff. si ager vestigal rem ad se  
non spectare novit, destituitur. SVPERFICIARIVS, per l. 3. §. 7.  
ff. uti possideru. cum nil nisi superficiem in suam redigit potestatem,  
hæc autem sola possideri nequit, l. 15 §. 12. ff. de damn. infed. JV-  
STVS MEJERS. C. 3. A. part. 2. Lib. 41. tit. 2. QVI REI SER-  
VANDÆ CAVSA IN POSSESSIONEM MISSVS, l. 12. ff.  
quib. ex caus. in possess. eas. l. 5. princ. §. 2. ff. ut in possess. legat. seu  
fid. serv. caus. l. 9. ff. de R. V. l. 1. §. 9. ff. quod legator. Ab his PRO-  
CVRATOR NOMINE DOMINI, l. 1. §. 20. ff. de a. vel a. posses.  
l. 13. §. 12. ff. de hered. petit. TVTOR NOMINE PVPILLI,  
CVRATOR EJVS NOMINE, CVJVS CVRAM GERIT,  
POSSIDENS, dict. l. 1. §. 20. ff. de a. vel a. posses. IS, CVI RES  
COMMODATA, l. 8. Comm. l. 9. ff. de R. V. licet illis possessio  
abusivè tribuitur in l. 38. §. 10. ff. de usurp. & usuc. APVD QVEM-  
DEPOSITA, l. 17. §. 1. ff. depos. dict. l. 9. ff. de R. V. l. 22. ff. de No-  
xal act. QVI A PVPILLO POSSESSIONEM nactus, l. 29 ff.  
de a. vel a. poss. l. 11. ff. de A. R. D. TANTUM DE INIDONEIS.

50.

60.

CAPVT

CAPUT III.

AD.

§. Ex contrario '5.

DE

POSSESSIONE DUORUM  
IN SOLIDUM.

Cognitis proximè, quibus possessionem acquirendi potestatem impertiri jura abnuunt, paucis per §. nostrum 5. cognoscere cupidi, an duorum in solidum sit possessio, decurrere fervet animus, minuit verò paulatim hanc sollicitudinem PAULUS, cui adhæremus,  
40. in verb. *Ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt.* Quibus, traditò prius, in §. præcedenti 4. ex plurimis causis seu titulis, scitè GREGOR. BICCIUS in comment. ad b. l. 3. §. 5. ff. de a. vel a. pos. (Hæc enim duo confundere licet, siquidem quod DIOCLETIANO & MAXIMIANO est titulus in l. 24. C. de R. V. id JUSTINIANO causa dicitur, §. 1. Institut. de usucap. & long. temp. præscript. unde rectè quoque THEOPHILUS titulum definit causam possessionis in §. 2. Inst. de Interdict. per verba: τίτλος ἐστιν, η τῆς δια κατοχῆς αὐτίκα) eandem rem possidere posse, licet dominium ob id, quod qui ex una causa, seu ex uno titulo dominus est, non ultra queat ex alia causa vel titulo, ejusdem rei dominium capessere, nec quod alicujus jam est, magis ejus fieri possit, §. sic itaque discretus Institut. de action. l. 17. §. 2. ff. de except rei judic. HUBERTUS GIPHANIUS ad hunc §. num. 44. non nisi ex una causa alicui contingat, l. 3. §. ex plurimis. ff. de a. vel a. posses. l. 7. C. de Contrah. empt. & vendit. GREGOR. BICCIUS dict. loc. axiom. 4. num. 2. & axiom. 5. num. 1. quibus, inquam, sicut ULPIANUS in l. 5. §. 15. Commodati. duos docet non posse ejusdem rei esse dominos in solidum, plures unius ejusdemq; rei possessionem in solidum seu in totum, (si enim totam rem possidemus, in solidum possidere dicimus) sibi arrogare haud posse ostendit, rejectaq; ceu invalida Sabinianorum & hos secuti TREBATII tum POMPONII sententia in l. 15. §. 4. ff. de precario. qui duos posse in solidum possidere existimabant, & eum, qui precariò dedit, & qui precariò accepit, ut tradit POMPONIUS  
60. dict.

diff. loc. assertum suum adversus dissentientium incursum munire satagit argumentis ex natura de promptis: *Contra naturam enim est*, inquit, seu, ut explicat novissimè GREGOR. BICCIUS in Comment. ad l. 3. §. 5. ff. de a. vel a. poss. part. 1. th. 46. & Memb. 2. quæst. 11. qualitas, vis & conditio ab initio & primordio rebus naturalibus indita, innata, atque attributa non permittit, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris, & possessio non magis apud duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, quasi diceret; possessio est rei corporalis apprehensio, animo & affectione concurrente: & hinc, quod ab uno corpore prehensum, id totum is occupavit, GREGOR. BICCIUS dict. loc. memb. 2. quæst. 10. non reliquit alteri locum, quare cum possidere est vacuam rei possessionem apprehendere per l. 3. in princ. ff. de action. emt. Illud autem à duobus insolidum fieri nequit, cum si unus semel rem apprehendit, aliis absolute & solidè eandem rem occupare, nisi alter possidere desierit, non potest, l. certè, §. 1. ff. de precar. l. 3. §. 5. l. clam. ff. de a. vel a. poss. consequens est, duos in solidum ejusdem rei possessores non esse, ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. tit. 32. num. 17. & postmodum 50. in verb. in quo ego sedeo, tu sedeas, possidere enim (lubet adjicere verba JUSTI MEJERI C. f. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2.) est ratione generis sui tenere, & quamvis plures forte eandem rem manu tenere possint, tamen cum non solum corporis actus possessionem absolvat: sed requiratur etiam actus animi, qui quam primum pes unus in latissimum etiam latifundium impositus est, illicet totum illud etiam latissimè patens latifundium occupat, & quasi sinu suo comprehendit: ut quemadmodum nummum aut lapillum manu teneo & pugno comprehendendo, ita animus totum fundum occupet, comprehendatq; l. 3. §. 1. 5. & occupatum comprehensumq; teneat, quamvis corpore quis à fundo recesserit, & faciat, ut nemo prorsus ad veram possessionem pervenire possit, quamdui animus possessionem tenet, nec omiserit. Hæc ille, vid. JOHAN. BORCHOLT. ad tit. de a. vel a. poss. cap. 6. per rot. HUBERT. GIPHANIUS ad eund. HEINRIC. ZOESIUS Comment. Nov. ad D. tit. uti possideris. num. 12.

40.

50.

60.

## E CAPUT

CAPIT IV.  
DE  
MATERIA POSSESSIONIS,  
SEU  
REBUS POSSIDERI APTIS.

Materiā possessionis, de qua paucissimis egit alias fusissimus juris possessorii indagator PAULUS, ut cognoscatur, notandum eorum, quæ tradit in princ. l. 3. ff. de a. vel a. poſſ. impullu, imprimis possideri posſe corporalia, eti enim uſum, ac uſumfructum, qui est res incorporelis, §. in corporales Institut. de reb. corporal. & incorporeli possidere usuarius & usufructuarius dicitur ab ULPIANO in l. 1. §. 7. ff. quod Legator. id est, naturaliter possidere, l. 12. princ. ff. de a. vel a. poſſ. abusiva tamen dum hæc est locutio, ZOESIUS ad D. Com. noviss. titul. de acquir. vel amit. poſſ. num. 2. siquidem & impropiè possideri quandoq; dicuntur incorporelia THEOPHILUS νομή ἐστι σωματικὴ πέραγματος, ὡρεὺ νομή ἐστι ἀσωματικὴ πέραγματος l. 22. §. 1. l. 3. §. ult. ff. de vi & vi armat. l. 10. ff. si servit. vindic. suprà membr. 1 cap. 2. verè tamen hæc & solùm rectè possideri dicuntur, l. 3. princ. ff. de a. vel a. poſſ. quare scitè Græci, & inter eos THEOPHILUS, posteaquam possessionem rerum modo esse corporalium cognoverunt, quæ, ob id, quod certum corpus involvant, detineri possent, eam κατοχὴν id est, detentionem appellârunt, adjectis postmodum verbis σωματικὴ πέραγματος vid. HUBERTUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel a. poſſ. JUSTUS MEJERUS C. 3. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. Hæc verò corporalia seu res corporales, quas dispescere s̄everunt JCTi in mobiles, vel immobiles, seu res soli, ut certas omnino flagitant Dd. quod obtingit non solùm, cùm integer homo possidetur, aut integer fundus, verūm etiam cùm in homine, in fundo, qui possidetur, certas quis consequitur partes, puta tertiam, quartam, quintam, aut quamcunque aliam ulteriorem, GREGOR. BICCIUS ad §. ex contrario. 5. l. 3. ff. de a. vel a. poſſ. p. 1. num. 34. ita etiam, ne hominum commercio sint exemptæ exigunt, JUSTUS MEJERUS dict. l. HEINRIC. ZOESIUS Com. Nov. ad D. titul. de a. vel a. poſſ. num. 16. thes. ii. RES enim SACRAS,

RELI-

REFLIGIOSAS, SANCTAS, quæ nulli hominum, nec inter vivos, nec per-  
testamentum acquiri possunt, l. 2. C. de religios. & sumpt. fun. SI-  
CHARD. ad rubric. Codic. de pign. num. 25. JUSTUS MEJERUS C.  
3. A. Lib. 20. titul. i. thes 2. num. i. B A C H O V. in Vol. 2. TREU-  
TLER. disp. i. thes. 5. lit. G. nec in ullius bonis sunt, §. nullius Instit.  
de R. D. PUBLICAS, ut statuas in civitate erectas, quæ nec sunt civium,  
nec singulorum, nec eorum, qui posuerunt, aut heredum, GOTHO-  
FRED. ad l. 41 ff de A. R. D. et si tamen Prætor adversus petentem  
exceptione cives tuerit & actione adversus possidetem, d. l. 41. ff de A.  
R. D. quoniam eā animi destinatione in publicum deductæ, ne priva-  
to eas auferre liceat, COMMUNES, à quibus tamen excipimus tellus pa-  
riter ac mare, utpote cuius privatæ dominationi, ut ut aliás ob ejus  
magnitudinem & inexhaustam abundantiam diversus est H U G O  
GROTIUS in tractat. de mari Liber. cap. 2. §. 2. nec jus naturæ, sive  
Gentium, nec Romanum, nec recepti mores repugnant, S A X O  
GRAMMATICUS Lib. 7. hist. Danie. J A N U S JANSZOVV-  
SKIUS syntagm. statutor. Polon. Lib 3. titul. i. fol. 109. & omnium  
fusissime JOHANNES SELDENUS de Domin. mar Lib. 1. cap. 19.  
& per tot. Lib. 1. Immensitas enim, ( præter id, quod aliás communiter  
traditur eum, qui habet in terra, etiam habere in mari terram al-  
luenti, dominium & jurisdictionem in quantum territoriorum se exten-  
dit propè mari, & quidem usque ad centum millaria à littore BALD.  
Consil. 51. lib. 4. JOHAN. ANDR. & DOMINIC. in cap. 3. de elect.  
in 6to. H I E R O N. de M O N T E tractat. fin. regund. cap. 39.  
n. 3. K L O C K tom. 1. consil. 5. num. 9. & seq. I N S T R. P A C I S  
artic. 10. ) & magnitudo maris universi, seu oceanii, qui extima terræ  
amplectitur, non obstat, quo minus per partes occupari & certis ter-  
minis possit distingvi, scopolos, siquidem, ut verba sunt JOHANNIS  
SELDEN. eminentes, brevia, adversa invicem promontoria, insulas  
hinc inde sparsas habemus, è quibus linearum rigores, versuræ, coxæ,  
gammata sumantur, ad territorium marinum determinandum. Nu-  
merantur item veteribus orbus terrarum maria non aliter ac oppida,  
flumina. insulæ, montes, veluti non minus invicem determinata, &c.  
Accedit egregia nauticæ pyxidu & graduum cœlestium sive longitudi-  
ni, sive latitudini, atque ex his triangulorum auxilium, &c. Tro-  
picus item cancri, & Äquator in mare fuere termini, quibus finiri

40.

50.

60.

E 2 aliqui

aliqui fædus inter ordines Belgicæ fæderatos & Austriacos Anno M.DC.  
VIII. contrahendum. Et in fædere inter magnæ Britanniæ & Hispaniarum Reges nupero æquator est in mari terminus. Imò termini in  
cælo & aère positi sunt, referente HIERONYM. de MONTE tract.  
de fin. reg. c. 7. tempore ALEXANDRI PAPÆ VI. inter Lusitanos si-  
40. ne Portugallenses & Castellanos, dividendo insulas Indiæ noviter re-  
pertas per lineas graduum cæli. UNIVERSITATIS, LIBERUM HOMI-  
NEM, quarum ne quidem æstimatio debetur, §. 4. Inst. de Legat. l. 83.  
§ 5. ff. de V. O. l. 13. princ. ad L. Aquit. licet si ignoranter, (quæ etiam  
ratione liber homo, sicut & res sacrae, religiosæ, sanctæ & publicæ  
possideri possunt, §. 4. Inst. per quas personas cuique acquiritur. §.  
1. Inst. per quas person. oblig. nob. acquir. §. 1. Inst. de usuc. l. 10. princ.  
§ 4. l. 45. §. ult. ff. de A. R. D. l. 3. princ. ff. de stipul. serv. l. 26. §. 4.  
C. de Episc. aud.) aliquis & ex titulo oneroso eas receperit interesse, &  
impendia in eas facta consequitur §. fin. Inst. de contrah. emt. l. 4. &  
seq. ff. eod. BACHOVIVS Volum. i. TRUTLER: disput. 28.  
thes. 4. lit. 4. HUGO GROTIUS de Jur. B. & P. Lib. 2. c. 8. §. 22.  
ET EA, QUÆ QUIDEM COMMERCIO NOSTRO EX SUA NATURA  
SUBSUNT, ACQUIRI TAMEN, QUOD PROHIBITIO SUBSISTIT, VE-  
50. TANTUR, ut res hæreditariae, l. 1. princ. vers. Quod autem. ff. de R. D.  
nec acquiri, nec possideri, aut in cuiusquam dominio esse innotuit,  
etiam si riuptis omnis religionis, libertatis ac honesti repagulis hæc ce-  
privata invadamus, l. qui universas, §. 1. l. 30. §. 14. l. 23. §. 2. l. 38.  
princ. ff. de a. vel a. poss. §. 7. Inst. de inutilib. stipul. §. 5. Inst. de R.  
D. l. 1. ff. eod. Possideri insuper potissimum posse adfirmant, QUÆ TE-  
NERE, QUIBUSVE INSISTERE POSSUMUS, l. 13. ff. de a. vel a. poss. quæ  
alteri cuipiam rei sive mobili, sive immobili non ut partes toti cedunt,  
etq; ratione non possideri scribunt FUNDOS à MARI AUT FLUMINE  
OCCUPATOS, l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. ff. dist. titul. l. 2. §. 2. ff. de reb. aut.  
judic. possid. in qua tamen fluminis inundatione rectè distingvendum  
autumat HUGO GROTIUS de Jur. Bell. & Pat. Lib. 2. cap. 8. §. 8.  
60. an levis sit, an verò major, adeò, ut illa non obster, hæc noceat, RES  
NAUFRAGIO vel iactu submersas, l. 21. §. 2. ff. de a. vel a. poss. quippe  
ex, et si non statim quidem, tum tamen nostra esse desinunt, ubi reci-  
pi non possunt, id est, ubi non est, cur ereditatur aliquis anima domi-  
ni retinere, ubi nulla talis voluntatis indicia extant, sed omnis re-  
cuperan-

euperandi spes projecta creditur HUGO GROTIUS de *Jur. Bell.*  
& *Pac. Lib. 2. cap. 4. §. 5.* aut à bestiis marinis, terrestribus, vel avibus  
transvolantibus nobis eruptas, l. 44. ff. de A.R.D. rēs singulas ceu par-  
tes aliam quandam ingredientes, ut tegulæ ædificio, tabulae navi vel  
armario junctæ, l. 23. §. fin. ff. de R. V. l. 7. §. 11. ff. de A.R.D. l. 8. ff.  
quod vi aut clam. universas enim ædes, universam navim, universum  
armarium possidemus, at singulas res, quæ sunt in ædificio, navi, ar-  
mario non possidemus, l. quis universas. in princ. ff. de a. vel a. possēt.  
L eum qui ædes. ff. de usurp. & usucap. Et idcirco ipsæ res, ipsa na-  
vis, ipsum armarium, quoniam possidetur, usucapitur, res singulæ in-  
ædificiis, navi, armario, (quod tamen secus est in rebus mobilibus sin-  
gulis, hæc enim per se possidentur, & sic singulorum animalium in gre-  
ge, non gregis est possessio l. 30. §. 2. de usurp. & usucap.) quoniam  
carum nulla est possessio, non usucapiuntur, Dn. BORCHOLT. ad  
titul. de a. vel a. poss. cap. 5. num. 22. Quod si res sint ita singulæ,  
ut per se usum sui præstent, ut naturaliter, quod alias evenit in tegulâ  
certæ cujusdam domi, tabula alicujus navis vel armarii, hæc enim  
naturaliter in eum finem fabrefacta, ut veluti partes ingrediantur to-  
tum, vel sane extra considerationem partis, id quod sunt, non intelli-  
guntur, JUSTUS MEJERUS C. f. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. thes.  
ii. partium respectum quoad aliquod totum non habeant, et si de-  
mum totum aliquod constituant, tum utrumque & partes constituti-  
væ ut singulæ, & totum illud, quod ex his prodiit, possidetur, ut lati-  
us exemplat J U S T U S MEJERUS dict. loc. Ejus denique rei pos-  
sessio acquiritur, quæ vacua, ANTON. PEREZ in Codic. Lib. 7. tit.  
de acquir. & retin. possess. num. 16. HEINRICH ZOESIUS Com.  
nov. ad D. tit. de a. vel a. poss. num. 17. seu quam aliis quispiam non  
possidet: cùm enim plures in solidum unius ejusdemq; rei possessio-  
res esse nequeunt, ut ostensum cap. proximo hujus membr. 2. priorem  
possessorem, necessitas jubet; vel ex possessione rei discedere: vel à  
nemine rem possideri, Dn. OBRECHT. ad titul. de a. vel a. possess.  
cap. 8. thes. 32. & ex eo JUSTUS MEJERUS dict. loc. quo etiam  
faciunt multa juris loca in l. 18. §. 2. l. 33. l. 34. princ. l. 53. § fin. ff. de  
a. vel a. poss. l. 4. princ. & fin. & princ. ff. de Vjur. l. 68. § fin. ff. de  
contrab. empt. l. 13. C. de distract. pign. l. fin. C. unde vi. l. 12. C. de  
probat. & cætera, quæ enarrat JUSTUS MEJERUS dict. loc. Ut ve-

40.

50.

60.

E 3. 10

et per actualem possessoris eā mente , quod rem derelinquere velit ,  
abitum vacua res redditur , voluntate enim cessante non manet domi-  
nium , ut loquitur GROTIUS Lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 9. princ.  
dixi eā mente , quippe vacua res haud dicitur , quā animo possidetur ,  
quare & is , qui ingreditur fundum , possesso aliunde abitidente ,  
40. & hinc inscio , alium jam in fundum descendisse prius fundum non  
possidet , quām is , qui possidebat , vim majorem veritus , in fundum  
reverti noluerit , vel is , qui fundum occupavit , dominum redeuntem  
non admittit , l. 3 §. 7 II. 12. l. 6. §. 1. l. 7. l. 18. §. 3. l. 44. §. fin. l. 46.  
ff. de a. vel a. poss. l. 1. §. 24. 25. l. 3. §. 14. ff. de vi & vi armat. Ita  
etiam ex negligentia domini per tempus lege definitum , l. 1. ff. de usu  
cap. unde justè præscriptionem quoque introductam contra negligen-  
tem dominum docet MENOCHIUS consil. 201. num. 96. arg. §. I.  
Inst. de usucap. & l. fin. in fin. C. de annal. except. it. Consil. 726. n.  
159. ANDREAS GAIL. Lib. 2. Observ. cap. 105. num. 5. & ex hu HU-  
GO de ROY de eo , quod justum est. lib. 3. titul. 3. §. 4. proinde quod  
pœnā aliquā affici debeat , qui ex nimis pernicioſa Reipublicæ negli-  
gentia res suas deserit , nec in eas , cūm vix fieri potest , ut multo tem-  
pore res ad aliquem pertinens , verba HUGONIS GROTTII de jur.  
Bell. & Pac. lib. 2. cap. 4. §. 6. non aliquā viā ad ejus notitiam perve-  
niat , cūm tamen multas ejus occasiones subministret tempus , inquirit ,  
l. 1. ff. de usuc. & usurp. JACOBVS MÆSTERTIVS de just. Rom.  
Leg. Lib. 2. Dub. 39. Nulla autem convenientiori affici possit , quām  
ut excidat multeturq; earum rerum dominio , quas jam ante non cu-  
ravit , & per negligentiam suam quasi abjecit , JACOB. MÆSTERT.  
dict. loc. vel cum dominus sine successore deceſſit , aut longo tempo-  
re abfuit , vacat l. 37. §. 1. ff. de usucap. vid. JVSTVS MEJERVS C.  
§. 4. part. 2. Lib. 41. titul. 2. thes II. HÆC DE REBUS .

CAPUT V.  
DE  
FORMA POSSESSIONIS,  
60. SEU  
MODO EAM ACQUIRENDI,

O Stendit ſeſe post enarrata quædam in hoc membro ſpecialia pos-  
ſionis materiae deſervientia modus acquirendi enodandus , de-  
quo

quo in initio nostræ l. 4. imperatores solliciti in verbis licet possessio  
solo animo non acquiritur: Quibus possessionis apprehendenda sicut  
& hos secutus CONSTANTINUS HARMENOPULUS intuitu  
eorum, quæ prostant in l. 3. §. 1. 3. 6. 18. l. 8. 2. 3. princ. l. 28. in fin. l.  
34. princ. ff. de a. vel a. poss. l. 153. ff. de R. J. §. 5. in fin. Instit. de  
Interdict. eam docet Lib. 2. Epit. jur. titul. 1. legem tradunt: nec so-  
lo animo seu credulitate possidentis, l. 1. §. 20. vel intellectu, l. 1. §. 3.  
9. mente & cogitatione, l. 1. §. 1. 2. l. 17. §. 1. ff. de a. vel a. poss. l. 1. §.  
25. ff. de vs & vi armat. l. 22. §. 4. ad L. Cornel de fals. vel etiam sola  
affectione tenendi, l. 1. §. 3. l. 3. §. 6. ff. de a. vel a. poss. & persuasio-  
ne; nec solo corpore seu actu corporeo possessionem sive justam,  
sive injustam, sive bonæ, sive malæ fidei, sive naturalem, sive civilem,  
sive quamcunque aliam quempiam adipisci, sed utrumque animum  
& corpus ad hanc capessendam legibus efflagitari, dict. leg. 8. l. univer-  
sus. 20. §. si ego. ff. de a. vel a. poss. & eleganter PAULUS Lib. 5. sen-  
tentiar. titul. 2. initio HUBERTUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel  
a. poss. l. 3. ANTON. PEREZ. in Cod. Lib. 7. tit. 32. num. 4. id quod  
etiam scitè efferunt Græci in verb. δραπταται τις ρουης, ψυχην καὶ  
σωματι, & μην θετηπεν πονω, & recte quidem, licet enim UDALRI-  
CUS ZASIUS in l. 3. §. 1. ff. de a. vel a. poss. num. 6. & seq. decem  
casus recensuit ex l. 1. §. 21. l. 10. l. 51. ff. de a. vel a. poss. l. 74. ff. de  
contrah. empr. l. 1. C. de donat l. 28. C. eod. l. 16. in fin. ff. de precar.  
l. 53. vers. fin autem. C. de Episc. & Cleric. quibus possessio solo ani-  
mo acquiritur, in his tamen ferè omnibus dum adeat actus corporeus  
si non naturalis, ascititus tamen, ut hunc refutans meminit HUBER-  
TUS GIPHANIUS dict. loc. JOHAN. BORCHOLT ad titul. de  
a. vel a. poss. cap. 3. num. 17 OSWALDUS HILLIGER in DO-  
NELLUM Lib. 5. cap. 8. lit. A. meritò hanc Inpp legem infractam  
servantes invictam adversus ZASII incursum eam omnino credimus  
intuitu; quod possessio sit occupatio seu apprehensio quædam & de-  
tentatio, ad hanc autem corpus simul & animus seu affectio omnino  
requiratur. l. fere. ff. de R. J. adçò enim id necessarium est, verba-  
sunt JUSTI MEIERI C. J. A. part. 2. Lib. 41 titul. 2. thes. 13. ut  
animus possidere volentis nil efficiat, nisi corporis ministerium acce-  
dat, utpote cùm possessionis initium sit corporis ad corpus adjunctio,  
HUGO GROTIUS de jur. Bell. & Pac. Lib. 2. c. 8. §. 7. Quare de  
indu-

40.

50.

60.

industria quoque corpus & animum copulativè PAULUS conjunxit  
innuturus: possessionem nec per se corpore, quia omnis acquisitio  
animum & affectum requirit, l. 55. ff. de O. & A. nec jus illud sibi ha-  
bendi sine animo esse potest, nec per se animo, cùm possessio facti est  
& hinc corporis accessionem efflagitat, acquiri, neve alterutrum ad  
acquisitionem possessionis quicquam prodesse, sed utrumque corpus  
pariter & animum, copulæ enim ET ea est natura, ut simultaneum  
copulatorum concursum requirat, l. 5. ff. de condit. Inst. l. reos. §. 1.  
ff. de duob. reu. GEORG. FRANTZK. in difficultem. l. Gallus de lib.  
& postb. hered. instituend. Diff. 2. Memb. 3. sect. 4. num. 26. jura ex-  
igere. Unde etiam nec illos possidere cernimus, quibus possidentis  
animus abest, vel animus prouersus deficit, nec naturaliter corpus vel  
rem detinent, uti nec hæredes ante aditam aut naturaliter prehensam  
hæreditatem, siquidem solo animo ea in hæredem non continuatur,  
l. 13. l. 30. §. 5. ff. de a. vel a. posses. HEINRICUS ZOESIUS Com-  
mentar. noviss. ad Digest. titul. de acquir. vel omittend. hæred. n. 10.  
ANTONIUS PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. de acquir. vel retinend.  
poss. num. 6. nec ullà lege effici potest, ut solo animo possessio acqui-  
ratur: quoniam lex rerum naturam evertere nequit arg. l. 12. §. 2.  
de capt. l. 31. ff. de R. 3. Quamvis id tamen, secus ac sentiunt ALBE-  
RIBUS ad l. si quarundam. in fin. ff. de a. vel a. poss. & cum eo HU-  
BERTUS GIPHANIVS dict. loc. refutatus OSWALDO HILLI-  
GERO in DONELLVM Lib. 5. cap. 8. lit. A. vulgo receptum, &  
moribus in tota ferè Gallia docente TIRASQUELLO in Comm. ad  
Consuet. Galliae: Le mort saisit le vif. quam Teutones exprimunt:  
Der Todt erbt den Lebendigen / ac quibusdam Italiz, & Germaniz  
locis nec non per totum Belgium ac alias provincias inolevit. CHAS-  
SANEUS ad consuetud. Burg. titul. 7. §. 1. OSWALD. HILLIGER  
in DONEL. dict. loc. ANTON. PEREZ. in Codic. dict. loc. PET-  
TRVS GVDELINV de JUR. Noviss. Lib. 2. c. 18. p. m. 89. qui etiam  
illud in feudis obtinere meritò adfirmat in verb. Scendum est ista con-  
tinuationem dominii, & civilis possessionis etiam in feodus locum, sibi  
vindicare; quamvis hujusmodi bonorum investituram, sive ejus investi-  
turæ renovationem heres petere à domino debeat hoc namque eò per-  
tinet, ut quis à domino directo tanquam vasallus & justus possessor feu-  
di agnoscatur; non quia ipso jure prius etiam absque hoc solemnii jus in

et feudali habeat heres & ejus nomine adversus quoscunque alios tam  
judicio possessorio, quam actione in rem queat experiri: siquidem sim-  
pliciter feudum accipiendo, (prout & dominus id alicui hunc in mo-  
dum concedens heredibus seu posteris ejus, cui id ipsum concessit),  
qui eum repræsentabunt, ut temporum tractu CONRADI II. Salici  
dicti à Saliis, magnâ Francorum parte, unde oriundus HERMAN.

40.

C O R I N G. de O. f. G. cap. 7. ævo sivevit ad nepotes transmissi feu-  
dum, i. f. 1 §. 2. prospicere voluisse æstumatur 2. f. 23. in fin. i heredi-  
bus seu posteris ex se descendantibus censemur quis prospexisse, dict. 2.  
f. 23. in fin. 18. in fin. 31. in fin. quare non tam propinquitatis, cujus-  
habito respectu Gentium alias commune placitum, δι γένος, verba  
sunt PROCOPII Persicor. i. τῷ διαλλάσσοντι ἀλήλοις αἱ τὰ συ-  
ἀνθρώποις μαχόμενοι, εὐταῦρα, ἐντε πειραῖσι καὶ τὰ στρατιώταις βαρβάροις  
γυναικοῖς καὶ ξυνομολογεῖταις ἀλήλοις πυρίσεις ἀποφανεῖται ταῖς  
παιδαῖς ἀνατετάπτεις καλήρης pariter & jus civile prospicit libe-  
ris ac iis, qui proximâ cognatione defunctum contegerunt, quasi ea-  
suprema voluntas fuerit ejus, qui moriens aliam non expressit volun-  
tatem, H V G O G R O T I V S de jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 7. §. 3.

50.

JOHANNES SELDENVS de successione ad Leg. Ebraeor. prolegom.  
non inquam, propinquitatis, quæ iis ceu successoribus cum novissimo  
isto possessore intercessit, ratione, quam jure delati à primo isto ac-  
quirente in omnes posteros feudi, & tacita quâdam lege investituræ  
hæredes succedunt, & possessionem continuant, dict. i. f. 14. verb.  
Fratres vel nepotes per investituram patris & avi in beneficium suc-  
cedunt. Nobiliss. DN. GEORG. ADAM. STRVVE Fautor meus,  
dum JENÆ viverem, optimus maximus Exercit. Feud. 8. Id quod à  
PETRO GVDELINO de jur. feud. p. 3. cap. 3. num. 7. hanc in fa-  
ciem exemplatur: perinde nimirum esse, ac si nominatum quis pro  
se, tum pro Titio, dein pro Mævio per pactum investituræ feudum  
recepisset: succederet enim hâc ratione Mævius Titio, non ob ne-  
cessitudinis, sed pacti voluntate eorum, qui feudum primi constitue-  
runt, initi vinculum ac impulsum. Quæ verò extra hunc in hære-  
ditatibus consuetudine & moribus invalescentem casum, in cæteris  
enim ob immanem, quæ prodiret rerum confusionem, id negamus  
cum JVSTO MEJERO part. 2. C. f. A. Lib. 41. titul. 2. thes. 12. de-

60.

F animi

animi & corporis necessariā conjunctione quoad possessiones acqui-  
rendas suprà edocuimus , non est , quod eo trahantur , quasi quis cor-  
pore aut animo potissimum suo rem contingere debeat , vel actus tum  
animi , tum corporis existentia in uno eodemq; individuo requiratur ,  
siquidem animo quoque & corpore alieno in causis peculiaribus per  
40. eos , qui nostræ sublunt potestati , ut viuum est cap. 1. hoc membr. 2.  
vel animo nostro , corpore & animo alieno per quemcunque posses-  
sionem nobis scientibus vel ratum habentibus acquirere cupientem ,  
vel corpore nostro , animo alieno , prout infans acquirit corpore suo ,  
animo tutoris , l. 19. §. 1. l. 1. §. 1. vers. igitur . ff. l. 3. C. de acquir. poss.  
acquiri possessio potest , OSWALD HILLIGER in DONELLVM  
ENVCLEAT. Lib. 5. c. 8. lit. D. & c. 11. lit. A. l. 3. §. 8. 11. 12. l. 1. §. 19.  
20. l. 44. §. 1. ff. de a. vel a. poss. JVSTVS MEJERVIS C. 3. A. part.  
2. Lib. 41. titul. 2. thes. 14. vel , quod qui fundum possidere aet toto  
corpore illum contingere debeat , utpote cum non modò manibus ,  
quod circa res mobiles maximè obtingere refert , HVGO GROTI-  
VS de jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 8. 6. eum apprehendere , l. 1. §. 3.  
ff. de a. vel a. poss. aut pedibus , id quod in rebus soli frequentari do-  
cet idem HVGO GROTIUS dicit. loc. eum ingredi , l. 18. §. 2. in fin.  
l. 2. §. 13. 19. l. 3. §. 1. 5. l. 6. princ. §. 1. l. 18. §. 2. l. 25. §. ult. l. 33. l. 34.  
l. 44. l. 46. ff. dict. titul. verùm etiam oculis & aspectu ; veluti si vici-  
num fundum mercato vendor alicui demonstret , vacuamq; posses-  
sionem se exhibere adfirmet , l. 18. §. 2. Si emptor jusserrit venditorem  
procuratori rem , quæ præsens est , tradere , tum enim is possidet , qui  
rem præsentem tradi videt , dict. leg. 21. §. 21. aut demum res sint præ-  
fentes , quæ ob magnitudinem ponderis moveri nequeunt ; hoc , in-  
quam , in casu aspectu res contingere sufficit , dict. l. 18. §. 2. l. 1. §. 21.  
ff. de a. vel a. poss. vel tandem , quod omnes glebas fundij , aut rei par-  
ticulas quis attingere aut perambulare debeat , sufficit enim unam ali-  
quam fundi partem eum ingredi , è tamen mente ac cogitatione ,  
quod totum fundum usque ad terminum possidere velit , l. 3. §. 1. ff.  
de a. vel a. poss. HUBERTUS GIPHANIUS ad dict. titul. de a.  
vel a. poss. l. 3. num. 26. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 3. titul.  
de a. vel retin. poss. num. 18. HEINRIC. ZOESIUS Com. Novis.  
ad D. tit. de a. poss. n. 18. Et hanc ratione qui fundum possidere cupit  
eum totum possidebit , in modo eas etiam partes , quas non introivit , modò

ee

et tamen vacuae & à nullo sint possesse, quippe si aliquae fundi pártes ab alio occupatae detinentur, illam tantum fundi parterā, quam ingressus, possidet, l. 18. §. ult. ff. de a. vel a. posseſſ. Si insuper uno plures extant fundi per unius possidendi animo introitum, modò tam reliqui tanquam partes, aliás enim secus est, arg. l. 3. §. 1. l. 48. in fin. l. 1. §. 16. ff. de acquis. vel amitt. posſ. MYNSINGER Centur. 40.  
3. observat. 39. UDALRICUS ZASIUS Consil. 10. Lib. 1. n. 6 cum illo, quem ingressus, cohærent, per dict. l. 3. §. 1. HUBERT. GIPHA- NIUS dict. loc. JUST. MEJER. part. 2. C. 3. A. Lib. 41. titul. 2. theſ. 13. 14. & seq. omnium fundorum possessionum hac ratione ingrediens adipiscitur, l. 86. in fin. de legat. 2. l. 91. de legat. 3. l. 20. §. 7. de instr. vel instr. leg. BARTOL. in l. 3. num. 1. ff. dict. titul. ALV- ROTT. in cap. unic. num. 7. versic. quarto ab. X. & ibi Præpos. num. 8. quid sit investitura. Atque hæc de modo sufficiant.

### CAPUT VI.

## DE EFFECTIS ET UTILITATIBUS POSSESSIONIS.

De libatis hanc in faciem superioribus, superest in hoc membro se- cundo, ut de effectis nostræ materiæ pauca, fusiorem enim evo- lutionem parare instituti ratio prohibet, edilleramus. Est verò fi- nis & effectus possessionis, ut re possesa pro arbitrio à nullo limitato, aut quod alterius voluntati subest in serendo, fodiendo, arando, ædificando, ex quibus etiam animum possidendi præsumunt Dd. & inter hos JOSEPHUS MASCARDUS de probation. volum. 3. con- clus. 1187. num. 8. conclus. 1182. & conclus. 1183. JOHAN. BOR- CHOLT. ad titul. de a. vel a. posseſſ. cap. 3. num. 16. & quovis alio modo, quod liberæ possessionis esse alleverant per l. 11. ff. de vi & vi armat. l. 3. §. 2. 3. 4. 5. 6. ff. uti possid. possessor uti queat, liberè præ- ter superiora ex jure Gentium venando, piscando, l. 13. §. fin. l. 14. ff. de injur. custodes ponendo, l. 16. §. 1. ff. de usu & hab. & fructus percipiendo, l. 13. §. 21. ff. de action. empt. Ut verò hic maximus est possessionis effectus ac utilitas, ita huic non assimilis illa, quod possessor titulum possessionis suæ cuiquam allegare aut probare vel unde rem nactus dicere necessum nisi in hereditatis petitione haud habeat, vi l. 11. C. de petition. heredit. l. 12. eod. l. 36. ff. de R. V. CLU- 60.

F 2 JAC.

JAC. Lib. 11. observ. 11. l. 25. ff. de jur. pscii. JVSTVS MEJERVVS C.  
3. A. part. 2. Lib. 41. tit. 2. th. 22. quod in pari causa melior sit condi-  
tio possidentis, l. 3. ff. de condit. ob turp. caus. l. 12. in fin. princ. ff.  
de public. in rem action. l. 14. ff. qui potior. in pignor. l. 36 §. 3. ff. de  
testam. milit. l. 5. §. 1. ff. de calumn. l. 1. §. 1. z. ff. de Salvian. inter-  
dict. l. 15. C. de R. V. HVGO GROTIUS de jur. Bell. & Pac. cap. 2.  
§. 8. Accedit ab his & illa possessori utilitas; quā, præter id, quod  
privari suā possessione invitus, ne quidem injustā sine causā cognitio-  
ne, nequit, l. 2. in fin. C. si propt. publ. penfit. l. 6. C. unde vi. AN-  
DREAS GAIL. Lib. 2. observ. 76. num 8. BENEDICT. CARPZO.  
tratt. Novis. de inhib. cap. 1. Posit. 15. num. 64. & jus propriā autorita-  
tate resistendi sortitur, contra omnes, qui possessioni suā aliquod im-  
pedimentum creant, l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil. WESENBECK. in para-  
tit. eod. num. 7. COSTAL. ad l. extat. ff. Quid metus caus. & ad l.  
Divus. Pius ff. de S. R. P. JACOB. MENOCHIVS de arb. jud. quæst.  
Lib. 2. cas. 87. COLE R. de proceß. executiv. part. 3. cap. 12. AN-  
TON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. 32. num. 24. HEINRICVS  
ZOESIVS Com. Nov. ad D. tit. de a. pos. n. 22. interdicta tuendæ seu  
50. retinendæ possessionis possessor, modō non vi, clam aut precariō pos-  
fidet, §. 4. Inst. de Interdict. l. 1. princ. §. 5. ult. l. 2. 3. princ. ff. ut  
posfid. l. 9. ff. de R. V. consequitur, quæ & CREDITOR, cui pignus traditum,  
merito sibi vendicat; cùm verè possidet per l. 2. ibi non solū te-  
nentem adjuvari. C. de Prætor. Pignor. l. 3. §. 8. ff. uti possid. ibi enim  
JCtus querere nequit, an credidores rei servandæ cauia in possesso-  
nem missi possint uti interdicto uti possid. nisi credidores pignus verè  
possidentes uti eo queant, JVSTVS MEJERVVS C. 3. A. part. 2. Lib.  
41. tit. 22. FRIDERIC. ad dict. titul. cap. 9. num. 2. pariter ac VASAL-  
IUS arg. cap. un. §. fin. 2. f. 8. c. un. princ. & §. Sivero Vasallus. 2. f. 2.  
c. un. princ. §. ult. 2. f. 33. c. un. princ. v. et si investitura. & vers. Si  
verò fuerit, §. Sivero fundum. §. cum autem quis. §. similiter. §. si  
quis de manō. 2. f. 4. §. Sivero Vasallus. 2. f. 2. cap. un. princ. 2. f. 3.  
qui iis remedius possessoris non solū utitur adversus extraneos,  
sed & contra dominum, RUTGER. RVLAND. tratt. de Commis-  
far. p. 3. titul. 3. cap. 19. num. 13. Nobiliss. DN. GEORG. ADAM.  
STRVVE Exercit. feudal. 2. thes. 3. 10. th. 12. ult. thes. 3. Nec quie-  
quam his objicem ponit, quod sit usufructuarius, quippe licet usum-  
fructum

fructum in re feudalī & dominium modō inferius consequitur , unde ex parte etiam usufructuarii nomen aufert, multò tamen plura & mājora quām communis usufructuarius jura adipiscitur , usufructuarius enim meri ac nudi particeps redditur ususfructus & quidem personæ cohærentis, ac nil de proprietate participat, tot. titul. ff. de usufruct.

l. 25. ff. de V. s. unde nequaquam potest rem , princ. & §. 2. ff. de usu-

fruct & ne usumfructum quidem alienare , §. 3. de usufruct. nec fru-  
ctus ab ipso vel alio ejus nomine separati ei , sed proprietario cedunt,

l. 12. §. 5. ff. de usufruct. JOHAN. DEL DICASTILLO de

usufruct cap. 77. num. 13. imò nec rem vindicare potest , l. 60. §. 1.

ff. de usufruct. l. 3. §. 12. ff. ad exhib. JVSTVS MEJERV S C.

§. A. Lib. 41. titul. 2. thes. 22. DN. FRANTZ K. d e Laudem. cap.

14. num. 31. At verò vasallus non modō ususfructus compos evadit,

sed etiam de ipsa proprietate aliquid participat , imò etiam sine con-

fensu domini alteri rem feudalem rursum in feudum , quod alienandi

facultatem involvit , HVGO GROT. de jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap.

6. §. 9. rectè concedit, 2. f. 9. & fructuum à quo cuuque separatorum

est dominus per textum 2. f. 23. & l. 13. §. 5. ff. de usufruct. imò à quo-

libet possessore vindicat , princ. vers. rei autem. 2. f. 8. cap. un. 2 f 83. §. 10.

JVSTVS MEJERV S C. §. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. thes. 22. DN.

GEORG. ADAM. STRVVE dict. loc. Est post hæc possessionis

effectus , quod à cautione judicio sisti liberet possessorem , suspicio-

nemq; fugæ tollat maximè rerum immobilium , l. 15. ff. qui satudare

oog. ubi W E S E N B E C. num. 11. & C. eod. num. 15. ANDREAS

GAIL. Lib. 2. observ. 10. num. 6. quod Civilis dominium inducat,

l. 3. ff. de usucap. l. 20. C. de pac̄t. JOHAN. BORCHOLT. ad tit.

de a. vel a. poss. cap. 2. num. 13. & pignoris possessio jus offerendi ope-

retur, l. 80. ff. de R. V. l. 12. ff quib mod. pign. vel hypoth. solv. cui nun-

quam posse præscribit tradunt Dd. & inter hos JOHAN. KOPPEN.

Decis. 1. per tot. qui omnino videatur. Vid. præter hunc FRANCIS.

ZOANNETT. in l. 2. C. de pac̄t. inter empt. & vendit. compos. n. 33.

FABIAN. de MONTE devendit. qu. 7. pr. num 5. Latè VIRGIL.

PINGIZ. q. 41. MOLINA tr. 2. diss. 37. num. 7. Efficit his proxi-

mè possessio , ut , actore intentionem dominii non probante, posses-

sor, licet nil fecerit, nec justam possidendi causam habeat , nihilomi-

nus absolvatur , & in possessione maneat , l. 24. ff. de R. V. l. 3. C. de

F 3 interdit.

60.

interdict. l. 2. 12. C. de probat. l. 4. C. de edendo. §. 4. Inst. de Interdict. cap. sèpè de restit. spol. BALDVS in l. fin. quæst. 6. C. de edict. D. HADR. toll. ANDR. CLVD. Rer. quotid. cap. 1. BENEDICT. CARPZO. de inhibit. Posit. 3. num. 20. Quare hic tantum emergit hujus controversiæ exitus, ut prius, uter possideat, judex pronunciet,

40. pronunciandum enim prius de possessione, quām de dominio, l. 1. §. 3. ff. uti possidet. l. 3. C. quorum honor. l. 13. C. de R. V. l. 3. C. fin. regund. l. 3. C. de Interdict. l. 14. C. de agricol. & censit. l. 37. ff. de iudic. JACOB. MÆSTERTIVS de just. Rom. Leg. Lib. 2. Dub. 38. §. 4. Institut. de Interdict. Licit possessionis & proprietatis causa ab uno eodemq; judice decidi potest, l. 13. C. de R. V. l. 1. §. 4. quod legat. non tamen semper unâ communiq;, sed diversâ formulâ, arg. dict. l. 13. C. de R. V. l. 12. §. 1. ff. de a. vel a. posses. Unde vulgatissima suborta quæstio, an petitorum & possessorum uno eodemq; libello cumulari queant, id quod de jure canonico omnino per cap. 2. 3. 4. 5. X. de caus. posses. & propriet. Insignis suo sèculo jurisperiti Innocentii III. Pontificis Maxim. rescripto confisi de civili certâ habitâ ratione, quamvis tamen possessorum cum petitorio retinendæ posse cumulari prorsus negamus cum Nobiliß. DN. B E N E D I C T O CARPZOV. Part. 2. jurispr. forens. constit. 7. Desin. 10. num. 4. ut ut etiam dissentient ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 8. titul. 1. de interdict. num. 20. & seq. HEINRIC. ZOESIUS. comment. noviſ. ad Digest. dict. titul. num. 10. asseveramus, dimitentes Lectorem plurimis hoc cognoſcere avidum ad OSWALDVM HILLIGERUM in DONELLUM ENUCL. 31. cap. 3. lit. E. JUSTUM. MEIER. C. I. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. theſ. 22. JACOBUM MÆSTERTIUM Lib. 2. de justit. Rom. Leg. Dub. 38. Clariss. HAN- NIVM in observ. ad WESENBEC. theor. pract titul. de interdict. num 8. Refertur ad ultimum inter effectus & commoda possessionis illud sanè non minimum, quod possessor ab onere probationis sit immunis §. retinendæ Inst. de Interdict. l. 2. C. de probation. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. 32. num. 24. modò tamen jure communi non reluctante possideat, aut se possidere neget, vel mendacijs postea convincatur, & rem furtivam possideat, vel tandem possessionis onus spontè in se suscipiat, semper enim ex justo contractu ac titulo possidere creditur: cuius etiam præsumptionis effectus

50.

60.

effectus, ut ei, contra quem est præsumptio, onus probandi incum-  
bat l. 14. ff. de probation. l. 4. C. de edend. l. 7. §. ult. ff. de liberal.  
caus. l. 15. C. de probation. l. 2. C. ne uxor promarito DN. B E N E-  
DICT. CARPZOV. de Inhibit posit 3. num 19. l. 23. C. de probat.  
Probatur verò possessio & quidem de jure canonum, et si jure civili  
aliàs sufficit probatio possessionis tempore contestatae litis habitæ,  
§. 4. Institut. de Interdict. DN. HAHN. in observ. ad WESENBEC.  
theor. pract. Lib. 43. titul. utrū possid. num. 5. Antiquior, vincit enim,  
id quod etiam in praxi hodiè servatur, GAIL. de pign. observ. 22. num.  
3. WIDENBRVC. tract. method. de Interdict. cap. 19. num. 103. qui  
possessionem modò antiquiorem probat per textum in cap. licet de  
probat. plurimis modis; veluti (1.) Insistentia rei animo possidendi  
conjuncta, l. 3. de probat. qui animus vicissim, præter id, quod ex-  
conjecturis, vel præsumpt. onibus colligitur, ANDREAS GAIL.  
Lib. 2. observ. 106. num. 7. & observ. 48. num. 24. prolixè J A C O B.  
MENOCH. de arbitrar. judic. quæst. cas. 3. 61. S O C I N. consil. 28.  
num. 14. Volum. 1. & factis etiam, quæ fortiora sunt ad ostendendum  
animum, quām verba, l. 48. §. 3. ff. de ædilit. edit. capit. dilecti filii  
& ibi DECIVS de appellat. pariter ac verbis, quibus nullum majus, vo-  
ces enim earum, quæ sunt in anima, passionum nota firmissimæ ha-  
bentur, ARISTOTEL. Lib. 2. eī ēquycias mentis nostræ est testi-  
monium, TIRAQVELLUS in l. si unquam in verb. libertus. num. 17.  
& seq. C. de revocand. donat. M A T T H. de AFFLICT. in constit.  
Neapol. Rubr. 1. de heretic. n. 1. declaratur, l. 78. de acquir. hered.  
l. 5. C. de Inst. & subst. l. 7. ff. de supellect. legat. optimè omnium,  
quia nudis animi actibus efficientiam juris tribuere non est naturæ hu-  
manæ congruum, & signa nulla de animi actibus certitudinem ha-  
bent mathematicam, sed probabilem tantum: nam & verbis eloqui  
aliud possunt homines, quām quod volunt & sentiunt & factis simu-  
lare, HVGO GROTIVS de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 4. §. 3. opti-  
mè; inquam, omnium juramento evincitur, ALCIATUS in tract.  
de præsumt. regul. 3. præf. 16. GUIDO PAPA quæst. 614. ubi dicie  
in iis, quæ ex animo dependent, stari juramento, JOSEPHUS MA-  
SCARDUS de probation. Volum. 1. conclus. 94. num. 5. II. Culturæ  
rei, gloß. in l. 3. in verb. finiatur. C. fin. regund. & ibi BALDUS n.  
4. qui dicit. gloß. summè observandam monet, etiamsi eam per alium  
fecerit,

40.

50.

60.

fecerit JOSEPH. MASCARD. dict. loc. volum. 3. conclus. 1128. JOHAN. BORCHOLT. ad titul. de a. vel a. possess. cap. 3. num. 16. III.  
Ex perceptione fructuum, l. 2. & ibi BARTOL. C. de acquir. poss.  
BALDUS in l. 3. n. 4. vers. quæro qualiter. C. fin. regund. ubi multò  
magis possessionem probari scribit, si quis ex fundo redditus percepit,  
40. quare etiā ex uno seminante & altero metiente, hic qui fructus colle-  
git, obtinet, licet seminans prævenitur, quoniam, præter id, quod per-  
ceptione fructuum nititur efficacia, jus & utilitas possessionis, æquum  
est, rem à fine denominari, JOSEPH. MASCARD. de probat. con-  
clus. 1182. num. 5. & 7. M E N O C H . in 3. remed. retinend. possess.  
num. 161. & aliis modis legitimis, de quibus WESENBEC. in para-  
tit. de Probat. num. 5. Explicitum est hisce membrum nostræ tra-  
ctationis secundum feliciter, quod proximè excipit tertium de POS-  
SESSIONE RETINENDA.

### M E M B R I III.

D E

## R E T I N E N D A P O S S E S S I O N E .

50.

### C A P U T I .

D E

## M O D O E T P E R S O N A , Q U A P O- S E S S I O R E T I N E T U R .

A bsolutis primo, & post id secundo nostræ Tractationis membro  
prodit ordine tertium de Possessione retinenda, in quo circa pri-  
mordia modus & personæ, quibus possellio retinetur, enodari avert.  
De modo retinenda Possessionis tradunt Impp. DIOCLETIANUS  
& MAXIMIANUS AA, in l. nostr. 4. solo animo possessionem re-  
tineri, in verb. Tamen solo animo retineri potest. Quamvis enim  
acquisitio possessionis per solum animum, aut corpus solum evanida  
omnino dicitur Impp. hæc l. nostr. 4. prout etiam à nobis ostensum  
60. supra membr. 2. c. 5. solo tamen animo optimè retinetur, nec usque  
adeò simultaneus corporis & animi, licet & hoc modo retinetur,  
conclusus in ea retinenda exigitur memorante PAULO in l. 3. §. in  
mittenda vers. & si animo solo ff. de a. vel a. poss. jnnct. l. 6. §. 1. l.  
25. 26. ff. de vi & vi armat. l. 37. ff. de pignor. act. ANTON PEREZ.  
in Codic.

in Codic. Lib. 7. titul. 42. num. 22. siquidem jam acquisita factio semper opus non habet, Dn. HAHN. in observat. ad WESENBEC. theor. pratt. titul. de a. vel a. posseſſ. num. 6. Hinc cùm fundum, non tamen amittendæ possessionis animo, egressi, licet nec servus nobis est, nec colonus, vel alius, per quem possideamus, vel etiam alius occupandæ possessionis causâ fundum introivit, cùm is eo animo esse nequit, ut reverè possidere velit, antequam norit fundū esse vacuum, possessionem nihilo secius animo retinemus, l. 2. l. 3. §. 11. l. 44. §. fin. l. 45. ff. de a. vel a. posseſſ. l. 1. §. 25. ff. de vi & vi arm. JUSTUS MÆJERUS C. 3. A. part. 2. Lib. 41. tit. 2: theſ. 24. Hinc saltus quoque hibernos pariter ac æstivos eti, certis temporibus eos relinquimus, sicut & omnia prædia, quamvis alius quispiam nobis in aliam eorum partem secedentibus, clam ea animo possessoris intraverit, solo animo retinemus, l. 3. §. 11. l. 44. in fin. ff. de a. vel a. poſſ. HUBERTUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel a. poſſ. l. 3. §. 9. num. 79. in omnibus enim prædiis, ex quibus non cā mente discedimus, ut amittere possessionem velimus eam incorruptam servamus, si ergo prædiorum suorum desertam possessionem per aliquod temporis intervallum non derelinquiendi affectione quis coluit, sed metus necessitate, quia vel irruentem hostium impetum, vel morbi græstantis contagionem subveritus, præjudicium ei ex transmissi temporis injuriā non generatur, id est, non ideò possessioni excidit, sed animo eam retinuit, hac l. nostr. 4. C de a. vel retin. poſſ. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. 31. num. 31. Retinetur verò possessio non modō CUM IPSTI, licet nescientes nos possidere eam ab alio conducimus l. 28. ff. de a. vel a. poſſ. neque enim conducendo rei nostræ dominium mutamus, l. 40. §. ult. ff. de a. vel a. posseſſ. l. 15. ff. depos. l. 45. ff. de R. J. l. 20. l. 23. C. de Locat. utcunque etiam pensiones per aliquot annos, nisi tamen per tot præstite, ut longi temporis præscriptione excludi possimus, l. 20. C. de agric. & censit. & colon. Lib. 11. titul. 47. de penderimus, dict. l. 23. C. de locat. & l. 20. C. de agric. & censit. licet is, per quem possidemus, justa ex causa non restituerit nobis reposcentibus, non tamen cā destinatione, ut lucrū faceret, loco moverit l. 3 §. 10. l. 20. ff. de a. vel a. poſſ. vel rem locamus, aut cō nodato tradimus, aut deponimus, l. 3. §. 5. ff. dict. tit. l. 15. §. 4. ff. de precar. l. 8. ff. Commod. l. 17. §. 1. f. depositi. vel, præter id, quod creditores sumus, l. 37. ff.

40.

50.

60.

G de

de pignorat. action. l. 15. §. 2. ff. qui satud. cogant. l. 33. §. ult. ff. de  
usucap. & ex causa damni infecti aut alià quavis in nostra bona quis  
missus est, l. 2. ff. pro hered. l. 12. pro empt. & in iis usum fructum adpi-  
scitur, aut servus rem à nobis possessam substraxerit, l. 15. l. 40. princeps  
ff. de a. vel a. posses. l. 33. §. ult. v. sed et si. ff. de usurpat. Et usu-  
cap. dejecti simus de fundo aut peregrè profecti, vid. JUSTUS ME-  
JERUS C. f. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. th. 24. sed etiam CUM PER-  
ALIOS possidemus; puta: servum, inquilinum, pupillum, procuratorem, & alios, quoscumque nomine nostro possidentes; l. 3. §. 12. l.  
9. l. 25. l. 32. l. 37. §. 1. l. 42. princeps ff. de a. vel a. posses. l. 60. §. 1. ff.  
Locati. §. 5. Inst. de interdict. etiamsi deceperint, dict. l. 3. §. 12. vers.  
quod si servus. ff. de a. vel a. posses. l. 60. §. 1. locati. tum enim per eo-  
rum hæredes possessio retinetur, dict. l. 60. §. 1. ff. locati. aut furore,  
correpti, l. 25. §. 1. l. 31. §. 3. ff. de usurp. Et usucap. vel deferendæ  
possessionis, dict. l. 3. §. 8. v. Quod si servus. l. 40. §. 1. l. 44. §. 2 ff. de  
a. vel a. posses. quamvis id averlati videtur POMPONIUS in l. 31. ff.  
dict. titul. aut non deferendæ animo è fundo abierint, l. 31. ff. dict.  
titul. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 7. titul. de a. vel retin. pos-  
sess. n. 22. Summatim retinemus tam per nosmetipso, quam alios  
solo animo possessionem in rebus præprimis immobilibus, (rerum  
enim mobilium possessio retinetur, quam diu sunt sub custodia nostra:  
amittitur simul ac sub custodia nostra esse deserint), HUBER-  
TUS GIPHANIUS ad titul. de a. vel a. posses. ad l. 3. §. 8. num. 79.  
JOHAN. BORCHOLT. ad eund. titul. cap. 7. in fin.,) si modò va-  
cua res permanserit, vel occupata quidem, nobis tamen ignorantibus  
& licet scientibus, ut tamen cœssurum nobis arbitremur, qui occupa-  
vit, vel facile illum nos expulsuros, l. 25. §. ult. ff. de a. vel a. posses.  
DN: HAHN. in observ. ad WESENBEC. theor. pract. titul. de a. vel  
a. posses. num. 6. vers. solus animus. Nam si recuperandi spes, verba  
sunt HUGONIS GROTI Lib. 2. de jur. Bell. & Pac. cap. 4. §. 5. pro-  
jicitur, & facultas rei apprehendendæ omnino deficit, possessio ultra  
animo non retinetur, ut cum revertentem antiquorem possessorum  
novus occupator repellat, vel saltim prior suspiceretur, se posse repe-  
lli, ideoq; nolit reverti in fundum, l. 6. l. 7. ff. de a. vel a. posses. HU-  
BERTUS GIPHANIUS ad l. 6. l. 7. Et l. 21. in fin. ff. dict. titul. Ra-  
tio est, quoniam ad actualem possessionem necessaria est rei detentio-  
nive

Sive comprehensio naturalis, quā deficiente possessio amittitur, vid.  
HUBERT. GIPHANIUS dict. loc. DN. HAHN. in observ. ad WESENBECK. theor. pract. dict. loc. num. 6. Quare recte quoque PAULUS constare, inquit, nos possidere, donec aut nostrā voluntate discesserimus, aut vi dejecti fuerimus, l. 3. §. nam constat. ff. de a. vela. posses. Sed de amittenda Possessione infra membr. 4. pluribus, nunc de REMEDIIS.

40.

C A P U T I I .  
D E  
P O S S E S S I O N I S R E T I N E N D A E  
R E M E D I I S .

Methodi ratione ducti, non sententiā PETRI FRIDERICI MIN-  
DANI de Interdict. com. 7. quā priorem locum interdictis reti-  
nendae, quō benē parta tueantur, secundum recuperandae, quo amis-  
sa recuperentur, tertium adipiscendae possessionis, quo jam partis ali-  
quid adjiciatur, tribuendum censuit, hanc enim aversamur cum Clari-  
ris. DN. HAHNIO in observat. ad WESENBECK. Theor. pract. Lib.  
43. titul. de Interdict. n. 4. in verb. aut adipiscendae. retinendae pos-  
sessionis remedia subjicimus, quibus acquisita possessio, quam parum  
prodest acquirere, nisi defendi potest, ANTONIUS PEREZIUS  
in Codic. Lib. 8. titul. 6. princ. adversus turbantis irruentem impetum  
sarta testa conservatur. Referunt verò inter ea Dd. interdictum  
UTI POSSIDETIS, & interdictum UTRUBI: Illius verba hæc  
sunt; UTI EAS ÆDES, QVIBUS DE AGITUR, NEC VI,  
NEC CLAM, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO  
POSSIDETIS: QVO MINUS ITA POSSIDEATIS VIM  
FIERI VETO. DE CLOACIS HOC INTERDICTUM  
NON DABO, NEQVE PLURIS, QVAM QVANTI RES  
EST, INTRA ANNUM, QVO PRIMUM EXPERIUNDI  
POTESTAS FUERIT, AGERE PERMITTAM l. i. princ. uti  
possid. Locus est huic interdicto tantum in rebus immobilibus, ut  
arguant verba EAS ÆDES, per ædes enim intelliguntur in genere res  
solidi seu immobiles l. 211. ff. de V. S. quare differt ab interdicto UTRUBI,  
utpote quod etiam datur pro possessione rerum mobilium retinen-  
da, quo ipso tamē res incorporales non excludimus, vi l. fin. ff. uti  
poscid.

50.

60.

G 2

poscid.

posid. l. 2. princ. ff. si servit. vindic. Dn. HAHN. dict. loc. ad titul.  
uti possidet. num. 2. siquidem & hæ rebus immobilibus annume-  
rantur, Dn. HAHN. in observat. ad WESENBEC. theor. pratt. tit.  
de R. D. num. 4. vers. nisi per interpretationem. Ut verò huic locus

40. est in rebus immobilibus & incorporalibus; ita etiam non modò  
competit, cùm periculum subositur amittendæ possessionis, sed &  
quando, aut quomodo cunque quis vim infert possidenti l. i. princ.  
ff. uti possid. sive is verè possideat rem soli, l. i. princ. §. 1. 4. 6. 8. l. 3.  
princ. ff. dict. titul. l. un. §. 1. utrubi. vel quasi, seu analogicè, sive  
in totum, sive pro parte; ut VASALLO, c. rei autem princ. & §. 2.  
2. f. 8. GOTHOFRED. ANTON de feud. 13. thes. 4. lit. E. EM-  
PHYTEUTÆ, SEQVESTRO, cùm apud eum possessio deposita,  
l. 39. ff. de a. rela. posseß. l. 17. §. 1. ff. depositi. CREDITORI PI-  
GNORATITIO, FRUCTUARIO, l. 4. ff. uti possidet. HEREDI,  
etsi enim ante aditam hereditatem regulariter id negant Dd. &  
inter hos ANTONIUS PEREZIUS in Codic. ad titul. uti possidet.  
num. 8. Dn. HAHN. dict. loc. num. 5. in calu tamen, si mota jama-  
lite defunctus decepit, ex JACOB. MENOCH remed. 3. num. 61.  
& seqq. ANTON. PEREZ. dict. loc. si jacente hereditate facta est  
turbatio, arg. l. 13. §. 5. ff. quod vi aut clam. JACOB. MENOCH.  
dict. loc. num. 163. & seqq. si ex facta defuncto turbatione sibi quo-  
que meruit hæres CLUD. Lib. rer. quotid. cap. 8. sect. 3. num. 47. &  
seqq. aut ex personâ defuncti pro consequendo interesse ex causa de-  
jectionis agit, vid. JACOB. MENOCH. dict. loc. JVSTVS MEJE-  
RUS C. 3. A. part. 2. Lib. 43. titul. uti possid. thes. 10. libentissimè  
ei interdictum hoc impertiuntur, licet id nudis detentoribus, ut CO-  
LONO, INQVILINO, SERVO, PROCURATORI, CRE-  
DITORIBUS REI SERVANDÆ CAUSA EX PRIMO DE-  
CRETO IMMISSIS denegant per l. 3. §. 8 ff. uti possid. JACOB.  
MENOCH. dict. loc. num. 87. WIEDENBRÜCK. de Interdict. c.  
10 num. 103. id quod & nos vi dejecto contra deficientem, ut ut alias  
refragantur MINDAN. MENOCH. dictu in locu denegamus, cùm

60. is ultrà non possidet, ne animo quidem, l. 5. ff. de usurp. & usurp. cap.  
Dn. HAHN. dict. loc. HEINRIC. ZOESIUS Com. Noviß. ad D. tit.  
uti possid. n. 7. Vim verò inferri dicunt Dd. quomodo cunque; si quis  
sua, qualiter cupit, usurpare vel administrare vetatur, l. 8. §. 5. in fin. ff.  
si servit.

**S**i servit, vindic. l. 12. ff. commun. divid. l. 52. §. 1. ff. de a. vel a. posses. l. 3. §. 2. & 3. ff. uti possid. puta; si ædificare, fundum colere vites præcidere vel traducere prohibetur dd. Legib. Imò vis inferri censetur sola diffamatione, si quis aliquem diffamet, quod res, quam possidet, non sit ipius, vel quod malâ fide eam possideat, l. 11. ff. de vi & vi armat. HEINRIC. ZOESIUS Com. Nevis. ad D. Lib 40. in fin. ad L. Diffamari. C. de ingen. manumis. numer. 25. quod in re alterius servitutem, vel aliud jus in rem habeat, DN. HAHN. in observat. ad WESENBEC. theor. pract. Lib. 43. tit. 17. num. 5. pariter ac minis, si quis minetur possidenti, ejusve colonis, pastoribus, operariis, JA COB. MENOCH. Rem. ret. 3. num. 488. latè VIRGINIUS BO CACIUS à CINGULO tractat. uti possid seu manutenentia. c. 11. per sor. CLUD. dict. loc. cap. 8. sect. 2. per tot ad quos Lectorem dimitto: Nunc de altero, quod vocant UTRUBI vel UTROBI, JACOB. CVJAC. s. obser. 22. cuius verba hæc sunt: UTRUBI HIC HOMO, QVO DE AGITUR, MAJORE PARTE HVJVSC E ANNI FUIT, QVO MINUS IS EUM DV CAT, VIM FIERI VETO Interdicti hujus potestas, quamvis olim apud veteres plurimum differebat, uti possidetis enim interdicto is solùm apud eos vincebat, qui litis contestata tempore, utrubi vero interdicto, qui majore parte anni, quod non refertur ad numerum dierum, mensiumve quibus annus absolvitur, sed ad possessionem adverarii, ut sufficiat experientis diuini est possessionem, quam adverarii l. 126 ff. de V.S non vitiosè ab adverario possidebat, §. 4. Inst. de Interdict. eadem est hoc tempore tractu in rebus mobilibus, quæ VTI POSSIDETIS in immobilibus l. unic. §. 1. utrubi. §. 4. Inst. de Interdict. PAVL. Lib. 5 sententiar. 6. §. 1. & ibi CV JACIVS ANTONIVS PEREZIVS in Codic. Lib. 8. titul. uti possid. num. 3. Ut nempe is victor evadat tam in rebus mobilibus, quam immobilibus seu soli, qui possessionem nec vi, nec clâm, nec precario ab adversario litis contestata tempore possidet, dict. §. 4. Inst. de Interdict. quod tamen in praxi haud servatur, de moribus enim novissimis is prævalet, qui vel justiore vel antiquiore possessionem probat, ut supra Membr. 2. cap. 6. ostensum. Vid. ANTON. PEREZ. in Codic. Lib. 8. titul. 6. num. 3 Atque hunc in modum hæc præcipua & generalia possessionis retinenda remedia quam brevissime

40.

§0.

60.

G 3 enar-

enarrasse sufficiat, cætera cognoscere avidus aeat MENOCHIVM  
dict. loc. Quibus sic explicito tertio nostræ tractationis membro ad  
ultimum divertimur de POSSESSIONE AMITTENDA.

#### MEMBRI IV.

DE

## AMITTENDA POSSESSIONE.

### CAPUT I.

DE

### MODO POSSESSIONEM AMITTENDI.

Vsis de Origine, acquirenda & retinenda possessione membris su-  
perioribus, restat hujus nostræ L. 4. & §. ex contrario 5. enoda-  
tionis ultimum, in quo ab initio amittendæ possessionis modum ex-  
prompturi notamus; solo animo possessionem amitti, per l. 3. §. 6.  
l. 44. §. 2. ff. de a. vel a. posses. veluti si quis in fundo est cum ea ta-  
men animi destinatione, ut nolit possidere, l. 1. §. 4. in fin. l. 17. §. 1.  
l. 30. §. 4. ff. dict. titul. DN. HAHN. in observat. ad WESENBECK.  
theor. pract. Lib. 41. titul. 2. aut alteri possideri velit, l. 18. ff. dict. tit.  
HEINRIC. ZOESIVS Com. Nov. ad D. titul. de acquir. poss. num.  
22. Cùm enim animi utimur imperio, verba sunt IVSTI MEIERI  
C. 3. A. part. 2. Lib. 41. titul. 2. thes. 25. servitio corporis, quâm pri-  
mum animus imperat, ut corpus ministerium possessionis definat præ-  
stare: corpore possidere desinimus, nisi tamen sub conditione ex pos-  
sessione discessimus, tum enim non statim possessionem amittimus,  
l. 34. ff. de a. vel a. posses. sed tum demum, cum existit conditio. Ue-  
n. res sub conditione traditæ tum accipientis fiunt, cùm conditio ad-  
impleta; ita & possessiones, prout possunt, sub cōditione traditæ non  
prius in accipientis rediguntur potestatem, quam si conditio exstite-  
rit, referente JULIANO in l. 38. §. amplius. ff. de a. vel a. poss. Quem-  
admodum verò solo animo, non enim nobis adversatur PAULUS in  
l. 8. de a. vel a. posses per verb. Quemadmodum nulla possessio acqui-  
ri, nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua utrum-  
que in contrarium actum est, siquidem comparatio illa, quam instituit  
PAULUS in dict. l. 8. est tantum, si pensius mentem legis attendimus,  
secun-

40.

50.

60.

secundum quid, ut recte monet HUBERTUS GIPHANIUS ad l. 3.  
§. 6. num. 64. ff. de a. vel a. pos. scilicet quatenus cum corpore prius  
amittitur possessio , animus etiam requiratur , vel ut verius loquar .  
utrumque quidem in amittenda possessione occurrit, sed ita, ut animo  
principaliter, l. 3. §. 6. ff. dict. titul. at per consequentiam corpore  
etiam possessio amittatur , quoniam qui animo possidendi exiuitur ,  
non potest non etiam videri corpus amississe BACCHOVIUS in not.  
at WESENBEC. titul. de a. vel a. posses. num. Ut, inquam, solo ani-  
mo volentes possessionem amittimus , si nempe post superiora rem ,  
quam scimus nos possidere , conducimus , aut ut precario in posses-  
sione simus, rogando exposcimus, l. 19. princ. l. 28. ff. de a. vel a. pos.  
vel possessionem alteri tradimus , l. 3. §. 9. ff. dict. titul. secundum le-  
ctionem Florentinam. vel tandem prater id, quod fundi culturam per  
negligentiam aut longam absentiam omisimus , l. 37. ff. de usuc. Hu-  
GO de ROY de eo, quod iustum est, Lib. 3. titul. 1. §. 4. mortuum se-  
pulturam tamen gratia, alias enim si ea mente is illatus , ut postea aliun-  
de transferri debet , manet locus profanus per l. 12. ff. de religios. &  
sumpt. fun. BARNAB. BRISSON. Lib. 2. antiquitat. Romanar. c.  
15. in eum, quem possidebamus , locum deduximus , l. 30. §. 1. ff. de a.  
vel a. posses. tum enim locis , in quo corpus defuncti humatum est ,  
l. 1. §. sepulchrum. ff. de religios. & sumpt. fun. l. locum. C. eod. reli-  
giosus redditur , & nullius esse censetur §. nullius. 7. §. religiosum. 9.  
Institut. de R. D. l. 40. ff. de religios. & sumpt. fun. ita etiam inviti  
ei excidimus , & quidem VEL FACTO HOMINIS, cum nempè vi ex ea  
dejicimur, tot. titul. ff. de vi & vi armat. l. 3. §. 6. nam constat. ff. de  
a. vel a. posses. ubi Iesus constat, inquit, nos possidere, donec aut  
nostrā voluntate discesserimus , aut vi dejecti fuerimus , quod etiam  
evenit, cum revertentes repellimur , aut ita animo possidere definitio-  
mus, ut repellere nos posse suspicemur ab eo, qui possessionem invasit ,  
l. 25. §. ult. ff. de a. vel a. posses. HEINRIC. ZOESIUS Com. Nov.  
ad D. tit. de a. poss. num. 25. aut in hostium potestate redigimur ,  
l. 23. §. 1. ff. dict. titul. l. 11. l. 15. princ. ff. de usurp. & usucap. Nam  
qui hostium potestate subacti jura quidem rerum suarum iucorrupta  
servant , possessionem tamen naturaliter omnino privantur , nec ferè  
quicquam possidere queunt, cum ipsi ab alio possidentur, unde etiam  
reversis novā opus esse possessione tradunt Dc. spretō, quod nullus  
res

40.

50.

60.

res eorum medio tempore possederit , l. 23. §. 1. ff. de a. vel. a. possess.  
JOHAN. BORCHOLT. ad dict. tit. de a. vel a. poss. cap. ult. num.  
23. VEL CASU , ex FRANCISGO DUARENDO ad dict. titul. cap.  
3. OSWALDUS HILLIGER in DONELLUM ENUCLEAT.  
Lib. 5. cap. 12. in notat. lit. A. Ut si flumen vel mare agrum occu-  
40. paverit, et si enim levis inundatio, utpote cum fluvio uno impetu, quip-  
pe si paulatim, proximis possessoribus accedit, dilapsus , fundus , qui  
mersus erat, postliminio ad dominum revertitur , non aufert domi-  
nium, ut ex HUGONE GROTIO Lib. 2. de jur. Bell. & Pac. cap. 8.  
§. 4. supra traditum. cap. 4. membr. 2. si tamen gravissima ea evalit,  
ut ejusdem verba referam dict. loc. §. 10. neque alia signa adsunt, quae  
retinendi dominii animum notant, ut facile presumitur agrum dere-  
lictui habitum , ita confessim etiam ejus possessio amittitur. Sic in  
HOLLANDIA pro derelicto haberi agrum idem meminit dict. loc.  
qui per decem annos mersus fuerit , si non aliqua extent signa conti-  
nuatae possessionis : Quo tamen in genere , sicut & totam hanc re-  
rum aestimationem ceu naturaliter indefinitam ob circumstantiarum  
varietatem boni viri arbitrio permittendam dicit, non immerito a-  
50. pud eos receptum scribit , quod Romani rejiciunt, ut si aliter neque-  
at, vel pilcando retineri possessio censeatur . Ut verò per inunda-  
tionem gravissimam, levis enim, ut ut etiam refragatur HVBERTVS  
GIPHANIVS ad l. 3. §. 17. ff. de a. vel a. possess. non obest, siquidem  
illa, non multò post insecurità aquarum discesione, demonstrat flu-  
men agrum meum, ejusve possessionem mihi eruptum non venisse ,  
OSWALDVS HILLIGER in DONELLVM ENVCLEAT. Lib.  
15. cap. 12. lit. C. possessio admittitur , ita etiam per naturalem possi-  
dentis mortem tollitur, SEBASTIANVS MEDICES in tract. Mors  
omnia solvit part. 2. conclus. 8. & ex eo JOHAN. BORCHOLT. ad  
titul. de a. vel a. possess. cap. ult. num. 24. Morte enim voluntas , si-  
ne qua possessio non subsistit, aufertur , l. 4. ff. locati. L si ita legatum  
60. sit. §. illi si voler.. ff. de legat. 1. Imò si res mobiles , quarum facili-  
or possessionis amissio, quam rerum soli seu immobilium, utpote qua-  
rum possessionem incorruptam animo servamus , etiamsi non sint in-  
custodia nostra , & corporalis detentio amissa , FRANCISC. DVA-  
RENVS ad l. 3. §. 13. ff. de a. vel a. possess. OSWALD. HILLIGER  
dict. loc. in notat. lit. A sub custodia nostra esse desinunt, è rectigio  
five

sive animatae sint , sive inanimatae , l. 3. §. 13. 14. 15. l. si id quod 25. in  
princ. l. 13. ff. de acquir. vel amitt. posseß. ( quod tamen secus est , ut  
haec tenus tradiderunt Dd. si res custodiæ nostra quidem subsuntur ,  
inveniri vero nequeunt , tum enim hoc non attento nihilosecius pos-  
sessionem incorruptam servari scribunt , quoniam præsentia earum  
adest , & tantum diligens cessat aliquantulum inquisitio , d. l. 3. §. Nerv-  
va. 13. versic. du similiter. ff. de acquir. vel amittend. possession. Nec  
quicquam officit non reminisci ubi reconditum sit , modò recondi-  
tum l. peregr. 44. §. 1. ff. de a. vel a. possession.) possessio sublata  
est , l. 3. §. Nerva. ff. de a. vel a. posseß. Quam primum enim rem mo-  
bilem adipisci non possumus , vel apprehendere quando & quomo-  
docunque volumus ( id quod dicunt esse sub custodia nostra ) ultra-  
eam nos possidere non credimur , ob id , quod custodiæ nostræ exierit ,  
quamvis tamen , ut in feris bestiis exemplat , per se non amitti domi-  
nium scribit HUGO GROTIUS de jur. B. & P. Lib. 2 c. 8. ex eo ,  
quod custodiæ evaserit , sed ex probabili conjectura , quod ob diffi-  
cillimam recuperationem pro derelicta eam habere credamus . Tan-  
tum de modis amittendi , cæteros n. vel illum quem tradunt Dd. in l.  
fin. C sicontrajus vel util. publ. referente JASONE in l. 1. n. 48. ff. de 50.  
acquir. vel amit. possession. civilem nempe ceu à lege civili introdu-  
ctam à Principe etiam absque ulla causa tolli posse , quod tamen ita-  
demum admittere quosdam scribit quo ad juris dispositionem , secus  
si ad potestatem Principis respectus habeatur , ceu evanidum & juri  
naturali tum divino adversum nil moror , siquidem , spredo illo Ma-  
chiavellistarum dogmate ; Principis potestatem in quæstionem non  
esse trahendam , æquè ac ipsi haud permisum terminos movere , quos  
DEUS OPT. MAX. sempiternis naturæ legibus pepigit , Principi  
detrahere alteri quod suum est , possessionemve auferre , minimè licet  
absque justissima interveniente causa , per ea BODIN. de Republ. Lib.  
1. cap. 8. FRID. PRUCKM. de regal. cap. 3. n. 5. ZAS. ad l. Princeps.  
31. ff. de Legib. Nobiliss. DN. CARPZOV. de Leg. Reg. Germanor.  
cap. 12. sect. 1. num. 33. nec verum veri Principis officium , vi cuius  
curæ ipsius esse debet , ut suum quisq; teneat , neque bona privatorum  
sine causa urgentissima diminuantur , qualem se professus CARO-  
LUS MAGNUS in suis scriptis & monumentis , referente MUN-  
STER Lib. 3. Cosmograph. fol. 724. ZOANNETT. de Roman. Im-

40.

50.

60.

H per.

per. n. 15. ut sileam jus naturale , quod quemquam cum alterius iniuriam locupletari vetat , pariter ac divinum DEVT. 17. id non indulget DN. BENEDICTUS CARPZOV. ad Leg. Reg. German. dict. loc. Tantum , inquam , de modis amittendi. Cæteros vel latiora hac de re flagitanti abundè consuletur à JUST. MEJER. C. f. A. part. 2. Lib. 41. tit. 2. thesult. JOHAN. BORCHOLT. & FRANCISC. DUAREN. dict. loc. Nunc ad actiones & remedia , quibus amissa possessio recuperatur.

40.

## CAPUT II.

DE

### ACTIONIBUS ET REMEDIIS EREPTÆ POSSESSIONI AD RECUPERAN- DUM DESERVIENTIBUS.

R ecuperatur adempta possessio vel actionibus possessionem persequentibus, ut HEREDITATIS PETITIONE, qua, spretò, quod regulariter non datur contra possidentem titulo singulari V. C. promoto, pro donato , l. 25. §. 1. ff. de heredit. petit. l. 4 C. in quib. caus. cessat. long. tempor. præscriptio. adversus eum tamen insurgere jura indulgent, qui pro possesso possidet, id est , qui, ut nullum prætendit, ita nec ullum afferre potest titulum , l. 11. §. 1. l. 12. l. 13. princ. ff. de hæred. petit. aut qui juris interpretatione pro possesso possidere intelligitur, ut qui dolo desit possidere , l. 13. §. 4. ff. dict. titul. l. 27. §. 3. ff. de R. V. DN. HAHN. in obserrat. ad WESENBECK. theor. pract. Lib. 5. titul. de hæreditat. petition. num. 10. vers. adversus eum. REI VINDICATIONE, ut potè quæ adversus possessorem , per l. 9. ff. l. 5. C. de R. V. datur domino, qui possessionem rei suæ amisit, §. ver. luti rem corporalem. 2. §. æqvè. 3. vers. nam in his Institut. de action. ad repetendas duntaxat res singulas, quamvis in grege vel armento singula capita vindicare nulla exigit necessitas : sed gregem totum. petere sufficit, l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. ff. de R. V. & omnino certo designatas HEINRIC. ZOESIUS Com. Nov. ad D. dict. titul. num. 47. incertæ enim partis nulla, nisi ex justa causa admittitur , est vindicatio , l. 6. l. 76. ff. dict. tit. CUNRAD. RITTERSHUS. ad §. 2. vers. ver. luti si rem corporalem Institut. de action. pariter & corporales, siquidem hæ tantum, secus ac sentit BACCHOVIUS in not. ad WESENBECK.

60.


BEC. titul. de R. V. n. 5. vindicantur, §. 1. ibi rem corporalem. Inst.  
de action. l. 1. §. 1. & tot. titul. ff. de R. V. PUBLICIANA, il-  
la enim competit ei, cui res aliqua ex justa causa tradita à non domi-  
no, quiq; cùm rem bonâ fide accepisset, tradentem dominum esse  
autumans usuepit, prius verò quām usucapio adimpta, casu pos-  
sessionem rei amisit, l. 1. ff. de public. in rem action. adversus injustum  
possessorem, cui res amissa cessit, cùm iniquum visum est concedere,  
ut bonæ fidei possessor rem amittat, & injustus eam lucretur, JACO-  
BUS MÆSTERIVS de Justit. Roman. Leg. Lib. 2. Dub. 59. Ut  
verò quasi domino præcipue erogatur hæc actio; ita nec ejus usum  
licet diversus est novissimè ZOESIVS ad D. tit. de public. in rem act.  
num. 3. vero domino prolsus interdixisse jura tradunt Dd. qui hanc  
quoque cum rei vindicatione ob id curnulari posse adfirmant, inter-  
quos est ANDREAS GAILIUS Lib. 1. observ. præct. 62. num. 4.  
JOACHIM MYNSINGER. Lib. 4. observ. 11. quorum verissimam  
de jure sententiam male averatur BACCHOVIVS ad Treutler. de  
R. V. thes. 13. lit. A. & in notat. ad WESENBEC. eod. titul. num. 6.  
HYPOTHECARIA, PAVLIANA, de quibus in §. 5. 6. Inst. de  
action. & plerisque aliis actionibus personalibus, quibus tradi, vel  
dari, vel restitu nobis rem exposcimus, tum præprimis interdictis re-  
euperandæ possessionis, qualia sunt DE JURE CIVILI, interdicta unde  
vi, tot. tit. ff. de vi & vi armat remedium l. 7. C. unde vi: interdictum  
de precario, l. 10. C. dict. titul. beneficium l. 13. ff. quod metus caus.  
& l. 7. ff. ad L. Jul. de vi privat. interdictum de clandestina possessio-  
ne, l. 7. §. 5. ff. commun. dividund. l. fin. C. unde vi. interdictum, quo  
is, qui in possessionem missus erat, vicissim dejicitur, l. 1. §. 9. ff. quod  
Legator. l. 40. ff. de solut. l. 6. §. 1. ff. ut in poß. legator. l. 11. ut leg.  
seu fideicom. servand. caus. remedium ex l. ult. C. de acquir. vel re-  
tin. poß. ex l. 6. C. unde vi. ex condicione indebiti, ex condicione  
triticiaria, ex l. 32. ff. de Reb. cred. ex l. 1. C. si per vim & alio modo.  
ex l. 5. C. Unde vi. ex l. 14. C. de agricol. & censit. Lib. 11. titul. 47. ex  
l. 28. C. unde vi. ex l. 34. C. de locat. conduct. l. fin. C. de prætor. pign.  
Et tandem ex officio judicis nobili. DE JURE CANONICO. Remedi-  
um ex C. redintegranda. 3. q. 1. & ex c. sèpè de restitut. spoliator.  
quod omnibus adversus omnes non tamen bona fide possidentem  
competit. De quibus omnibus ea cognoscere avido uberrimam  
evolu-

evolutionem suppeditabunt JACOBVS MENOCHIVS de acquir.  
retinend. recuperand. possession. BACCHOVIUS ad TREVTLER.  
Volum. 2. disput. de interdict. per tot. Claris. HAHNIUS in observ.  
ad WESENBEC. Theor. pract. Lib. 43. tit. de interdict. nobis quām  
brevisimè ea sic enarrasse satis est.

Atque ita ex periculosa ista Possessionis materia, quo fere simili  
Epiphonemate usus est VDALRICVS ZASIVS latentes in ea syrtes  
expertus, DEO adstite, eluctatus sum. Tu, CANDIDE LECTOR,  
partum hunc per se obscurum Tuo favore; à quo, sub ejus alas arre-  
pturus, lucem trahere aet, et si vix megetur, tollas, tangas, quò hu-  
jus pariter ac autoritatis Tuæ scuto tectus Zoilorum & qui tristi su-  
percilio hoc temporū flatu, (quamvis tamen inveteratū illud malum,  
nec hujus solum ævi,) de scriptis aliorum sententiam ferre sverunt  
ceu de coloribus cœci, invidorum impetus, quos tamen, cùm ne-  
tangunt quidem, taceo ut vulnus infligant, ridere solitus, ac contem-  
ptu ulcisci, pariter & obscuram caliginem exeat, benivolum verē  
Literatorum subeat aspectum. Minus limatè si quæ dicta, aut hiul-  
cè vitio Typographi exscripta, Tuà dexteritate, cuius emendationi  
hæc subjicio, cuncta suppleas, adeò ,ut quam hactenus, dum de  
REGALIBVS, DEFENSIONE TEMPERATA,  
SOLVTIONIBVS, ET JURE VASALLITICO  
disservui, plerorumque sensi, Tuam quoque in hoc DISCURSU IN-  
AUGURALI æquiore non adumbratè experiar cen-  
suram, ad ulteriora tantò fortius  
stimuler!


F I N I S.

Gratiæ & Gloria DEO Servatori.



1. De Argienda & annullenda perficie
2. Dissertationes Tridelibii de ~~FATV~~
3. Dicbia iuridica vicia.
- De Inductria naturali
- de nutus

J. C. Schallz.














tus esse potest his verbis? illa vero, quae simpliciter donationem meruit, ad collationem eius intendenda est, et paulo post, nec recusare collationem sed simplex donatio non aliter confertur, nisi huius donator tempore donationis suae indulgentiae imponit. Sed forsitan Ludouicus non satis distincte separare videtur istum casum, qui huic inest legi, quo se demum conferenda est donatio simplex. Easatio IV. donationis mortis causa, et in genere quae liberis a parentibus praeclegata sunt. Haec collationis legi non subsunt, ac primo quidem lib. 4. ff. de dot. collat. deinde etiam fideicomissa. ff. de collat. honor. l. 10. C. eod. De donatione usia in specie exstat. l. 13. C. b. t. cuius rei ratio videtur, quia quaesita post obitum illius de curatione quaeritur, non conferuntur. l. 6. C. de collat. enim mortis effectum suum accipit, l. 35. §. 2. ff. causa donat. l. 1. §. 19. ff. de collat. bon.

### §. VII.

arro deueniendum est V. ad peculia filiorum, et nullum, in quantum ex iis conferre debeant. De et quasi castrensi nullum amplius restare potest duuin clarissimas potius legum habemus dispositio- nes a Collatione eximantur, in l. 12. C. de collat. l. eod. l. 4. et 8. C. de Aduoc. diuersi iudic. quo loco singulare illud, quod in l. 7. C. de bon. quae lib.

B. 2

depre-